




**Mundus imperiorum sive De mundi imperiis libri quatuor. :
Completentes vniuersale Theatrum, omnium Regnorum &
magnorum Imperiorum totius vniuersi, cum vniuscuiusq[ue]
regni & ImperijRegali, censu, aerarij & armorum potentia,
Imperij magnitudine & Regiminis forma, Principatibusdenique
finitimis, cum populorum variorum diuersis moribus, artibus,
ingenijs, & militia studijsque,tam pacis quàm belli tempore, &
vniuscuiusque Imperii initio, incremento & conseruationis
modo.**

<https://hdl.handle.net/1874/427949>



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

Historia Gentium
Quarto in folio

+
+
+
+
+
+











Historia Gentium.

Quarto n°. 660.





MVNDVS IMPERIO
RVM SIVE DE MVNDI
IMPERIIS LIBRI QVATVOR.

Complectentes vniuersale Theatrum, omnium Regno-
rum & magnorum Imperiorum totius vniuersi, cum
vniuersitatisq; regni & Imperij Regali, censu, ærarij & ar-
morum potentia, Imperij magnitudine & Regiminis
forma, Principatibus denique finitimis, cum populo-
rum variorum diuersis moribus, artibus, ingenijs, & mi-
litia studijsque, tam pacis quam belli tempore, & vnius-
cuiusque Imperij initio, incremento & conseruationis
modo.

Opus novum, in rerum novarum cupidorum & magnarum studio so-
rum gratiam, à Guidone du Bruecq, ex Ioannis Botteri Benesi
Italicis relationibus Latinè factum: Iucundum sane futurum
lectu, & etiam utile, non modo Regibus & magnis Principibus,
sed & Dynastis & viris heroibus & equitibus, militiae & rerum
publicarum amantibus & studioſis.



COLONIAE AGRIPPINÆ,
Excudebat Bertramus Buchholtz,

Anno cl. l. xcviil.

Ex donatio[n]e Bruxell

Expedient Recitation Books

SON EVO M V T R I U M P H I

admodum opili

ax A e p r u t a s c ill r a d i u b a s p o l i d u s r a n q u i l

LECTORI.

LIBRI Iohannis Botteri Benesij, cui titulus *Relationes vniuersales*, eam partem, in qua describit opes, vires, regimenq; Principum Europe, Asiae, Africæ & aliorum, quos Vniuersales dicit, quod multa scitu digna contineret, ex Italico idiomate in Latinum versum, excudi curauimus, cumq; inscriptissimus: *Mundus Imperiorum*, siue de Mundi Imperijs, quod vniuersale *Theatrum*, omnium regnum & magnorum Imperiorum, totius vniuersi cōplete retur, quodque eorum opes, vires, formamque ea administrandi, quasi spectandā proponeret. Vale Lector tibiq; paruo ære compara, ex quo non exiguum fructum, delectationemq; haud vulgarem percipere poteris.

INDEX PRINCIPVM QVI HOC
libro repræsentantur.

Philippus Austriacus, Indiarum Hispaniarumque Rex.
Magnus Turca.

Principes Europe.

Reges	Franciæ Angliæ Daniæ Sueciæ Poloniæ	Magnus Moschorum Dux. Familia Austriaca. Imperium Romanum. Pontifex Romanus.
-------	---	---

Principes Afia.

Magnus Cham.	Magnus Mogor.
Reges	Chinæ Siami. Narsingæ. Calecutij. Persiæ. Iaponiæ.

Principes Africa.

Presbyter Iohannes, siue Abyssinorum Imperator.
Monomotapa.
Xerifius Fessæ & Marochij Rex.

REX HISPANIAE.

Aborbe condito nulli Imperatorum, Regum vel Principum maius Imperium obtigit eo, quo Philippus I diarum & Hispaniarum Rex potitur, maximè cum Lusitaniæ regnum ipsi postremò sit adiectum: amplissimas enim Europæ prouincias, nobilissimasque Africæq; regiones complectitur: Nouum demique Orbem qui Europa Africaque latius patet absque rivali pacifice possidet. In Europa Hispaniam certe tenet, quæ octingentis ab hinc annis, nulli tota quam ipsius imperio paruit: Belgum, quod mille milia tribus ambitur: Regnum Neapolitanum, quod mille & quadringenta miliaria circumneunt: Insulariæ (quæ Mediolanensis Ducatus titulo designatur) cuius ambitus est trecentorum miliarium: Majoricam, Minoricam & Euisam insulas, quarum prima 300 altera 150, tertia octo miliaribus in orbem porrigitur: Siciliam, cuius circuitus est 700. miliarium: Et Sardiniam quæ 562. miliaribus patere dicitur. In Africa potitur magno illo portu quem incolæ Masalquvir appellant, quo portu nullus insignior, capacior, securiorque in mari Mediterraneo est: Habet etiam Oranum, Melillam & Rupem Peggionum Velez dictâ: habet & extra fretum Herculeum Insulas Canaras duodecim numero, inter quas præcipuæ sunt septem, quarum nulla minus quam nonaginta miliaribus ambitur. Lusitaniæ regni iure præclara loca Septam & Tangerum, que claves Freti, immo maris Mediterranei, & Oceani Atlâticci sunt: Extra Fretum autem Magazanum civitatem habet. Idem Lusitaniæ regnum in immenso illo Oceano; Insulas habet quæ vulgo Terzere dicuntur, quæ numero sunt septem, ex ijs Angra nomine 40. miliaribus ambitur, S: Michaelis plusquam 90. miliaria continet: habet & Portum Sæcum, nec procul inde Maderam (vino præstantissimam) quæ regina insularum Oceani Atlâticci est & 160. miliaribus cingitur. Insularum quoque Capitis viridis (Capo verde nominant) imperio claret, septemque sunt: Habet sub Aquinoctiali linea insulam Sancti Thomæ, quæ Madera aliquantò maior, saccari abunde dives est. Quin & Rex Philippus iste, totius oræ illius Africanæ, quæ à Capite Aguero ad illud

(. . .). I.

quod

TYPOS ORBIS TERRARVM



Quid ei potest videri maorum in rebus humanis, cui æterna fas omnis totiusque Mundi nota sit magnitudo. Cicero

REX HISPANIAE.

quod Guardafu dicitur extenditur, Denique commerciorum, negotiationis & navigationis illius Oceanii, totque insularum quas natura ibidem dissemina vir, vel in primis à regione Caprariae inter Promontoria Bonae spei & Smardafuense dominus, herusque ut & est agnoscitur. Idem & in Asia, Lusitanici regni iure, potiores Oræ occidentalis partes, nempe Armuzium, Dium, Goam & Malacam possidet. Armuzium commoditate sui situs adeo dives est, ut Arabibus in proverbi um abicerit.

„ Si terrarum Orbis quæcumque pater, Annulas esset,

„ Illius Armuzium gemma decusque foret.

Magna Arabiæ felicis pars ad Armuzij regnum spectat; sicut & Baharem insula, regina eius Sinus insularum, tum propter magnitudinem, cui terra fertilitas & fructuum varietas cōiunctæ sunt tum propter ditissimam Margaritarum pīficationem. Dium, Cambaiæ est clavis, quæ incenarrabilibus diuitijs abundat suiq; maris in quo mari Lusitani quoque possident Damainum, Bazainū, Tavaam, Goam: quæ (ut interim Ciaulē, Cananorem, Cochimum & Colanum prætereat) tanti momenti est ciuitas ut Regi Lusitaniae tantum; quātum vlla Europæ regna, pendat. Denique Lusitani obtinent omnē ferè oram maritimam, quæ à Damarno ciuitate ad Melepuram urbem usque protenditur. quæ integrā maris ora ipsius est, aut eius sociorum, excepto Calecutio Zeilana sancè insula est Orbis vnuuersi p̄cipuē delicia: in ea habent etiam Portum & Arcem vulgo Columbo nuncupatam. Potiuntur & Malaca, quæ ijs ipsis locis impensis sui terminus est clavisq; negotiationis & commercij Oceanii Eoi, illarumque insularum, quæ tot accantæ sunt, ut toti Europæ, magnitudine pares putentur. Domos qui hætam potius quam Arces in Amacano, ad commercium cum Chinis exercendum. & in Tidore insula, negociationi cum Molucis & Banda exercenda habent. Res profecto stupenda est, à 12. tantum Lusitanorum millibus (nec enim plures in tanto terra marisq; transiunt) tot potentissimos Asiae Reges, & populos, tanquam freno coerceri, illosque tam paucos Lusitanos maris Atlantici, Indici, & Eoi imperiū asserere, sibi seruare, actueri. Ab hinc annis 90. sese illi ijs locis muniuerunt, non solum magna cum

Luago-

HISPANIAE REX

sua gloria, verum etiam totius orbis Christiani laude, utilitate
 ac fructu. Neq; verò obici potest, illis hoc facile fuisse quod
 fortasse res ipsis esset cum populis belli minus peritis: Eripue-
 runt enim armorum virtute regnum Armuzianū Regis Persicæ
 clienti: Vicerunt etiam, quassaruntque ad Dium Magni Sulta-
 ni Aegyptij classem, plenam Mamaluchis, qui non minus arte
 militari, quam Prætoriani Turcæ milites (qui Ianizari nuncu-
 pantur) clarebant: Dium illud aduersus Turcæ & Guzaratarum
 vires fortiter defenderunt: Sæpe Turcarum classes mari rubro,
 in fugam verterunt: Ad Armuzium classem Turcarum Anno
 Christi 1552. subegerunt: Cū Principibus Decàn, Regibus Cam-
 baicæ, Calecutij & Achen (qui armis & militibus Turcicis pro-
 bè instruti erant) in Taprobana pugnarunt. Itaque Lusitano-
 rum expeditiones in Cambaia, India, & in vniuerso illo Ocea-
 no & ora Asiæ, non minus admirandæ sunt quam Macedonum,
 Alexandriique Magni victoriæ. Eò quidem magis quanto Lusi-
 tania terræ amplitudine Macedoniarum multò minor, numerosu-
 que Lusitanorum vndique Macedonibus par non fuit. Prostra-
 uerunt enim 19. nauibus classem Sultani Aegyptij, longè nume-
 ro maiorem: Duobus virorum millibus expugnarunt Goam:
 Eam amissam 1500. militibus recuperarunt. Octingentis Mala-
 cam sibi subjugarunt: pauloque pluribus Armuzium. Altera di-
 tionum Philippi Regis Catholici pars, in Nouo Orbe contine-
 tur, in quo quantum ipse velit consequitur, eò præcipue quod
 sine socio vel rivali illic regnet. Diuiditur autem Nouus Orbis
 in Continentem & insulas. Maris septentrionalis tot sunt Insu-
 le ut earum numerus (Lucae tantum excedunt quadringentas)
 nondum cognitus sit: Earumque nonnullæ tam ample opulen-
 teque sunt, ut vel earum quæque grandi regno constituendo suf-
 ficiat. Boriquena longa est 300 miliaribus, lata 60: Iamiaca
 paulò minor est: Cuba longa est trecentis, lata 20. Ieucis: Hispa-
 niola in ambitu 1600. miliarium est. Quod ad Continentem
 spectat, Rex reapsæ toti maris oræ, quæ Floridam, Nouam His-
 paniam, Iucatan lambit, deinde toti illi immensæ Penin-
 sulæ Meridionali ad caput Californiæ immò ad Quivirā us-
 que imperat: eò enim atq; vñterius Castellani nouas terra ma-
 tique regiones detexerunt. Hispaniæ Nouæ ora, quæ initium ca-

R E X H I S P A N A E.

per Sanctæ Helenæ opido, Panamam transiens ad Quiviram
protenditur, circiter quinques mille ducentisque miliaribus
longa est: quibus si coniungantur Mediterranea confinia, Sep-
tentriones versus, non minus quam novies mille miliaria effi-
cient. Peruvia, quæ ad Panamam incipit, habet oræ Maritimæ
duodecies mille sexcenta miliaria, quorum tria quæ inter Ma-
raghoniem fluuium & Argenteum continentur, Brasiliam cō-
plectentia, Regem Lusitanorum agnoscunt. Noni Orbis Con-
tinens multa regna ditionesque perquam amplas complecti-
tur, in quibus duo præcipua regna quasi Imperia sunt, nempe
Mexicanum & Peruvianum, quorum Reges potentiissimi olim
opulentissimi que fuerunt. Rex Mexicanus non sanguinis aviti
iure, sed à 6. viris eligebat, nimirum qui iutensis, elegans, stre-
nuus, corpore bene composito, militiaque aptus esset, id eo que
Regem quendam suum, quod dignavus, imbellis timidasque es-
set, veneno necarunt. Senatus supremus apud Regem erat, qui
ex quatuor nobilitatis & Officialium gradibus constabat, absq;
cuius autoritate & consensu, nihil quod esset alicuitus nomine
statui decernique poterat. Nihil à quo atque rectam pueroru
institutionem curabant, & præcipuo apud ipsos in pretio erat
Religio, studiumque rei militaris. Inter ipsos fuit egregius he-
ros Tlacaellel, tantus armorum virtute, ut magnam regi
ni Mexicanai partem sibi pararit, animi adeò excelsi, vt obla-
tum sibi regnum constanter recusarit, dicens ex vsu Reipub. esse
vt alius Rex, ipse vero minister eius esset, humeros regno impa-
res esse, addens se pro Repub. non minus sedulò laborattirum
quam si Rex esset. Rex cum maiestate vivebat, magnificeque
habitabat, maximoque clientum satellitio stipatus incedebat.
Regni pomocria, Religionem, linguamque ab uno latere ad
Teguantepecum, quod Mexico 200 leucis distat, extendit: Ab
alio latere ad Guatinalam, quæ 300 leucis abest: quin etiā regi
ni fines ad Mare Septentrionale & Meridionale protulit: Me-
cioacan, Tlascalam & Ierpeacam debellare non potuit. In
micitæ quæ Mexicaniscum Tlascalano opido erant, Hispanis
ianuam in Mexicanum regnum aperierunt, reddideruntque
ad ipsiæ imperio Mexicano faciliorem, quod anno Christi
1518. contigit. Mexicanoi in septem tribus diuisi, ex regione exp-
trionali,

R E X - H I S P A N I A E.

sentriionali, in hæc regna venere, in qua Septentriionali plaga
 superioribus annis, Hispani ditissimam prouinciam populo-
 fissimamque detexere, quam Nouum Mexicum nuncuparunt.
 Præcipius honos in armis, quibus homines nobilitabantur, si-
 tus erat. Motezuma vltimus Mexicanus Rex, aliquot ordines
 equitum instituit, quorum alij Principes, lcones, quidam Aqui-
 læ, nonnulli Pardi dicebantur. Ijs aurum, argentumque gestare
 & xylo vel gossipio (quod Barbari & Arabes cotum & bomba-
 cem appellant) vestiri, calceatis incedere, inaurata pictaque
 vascula habere (quibus omnibus plebi ignobilibusque interdi-
 cebatur) licebat Imperij Peruvie cuius Rex Inga dicebatur cōdi-
 cio statusq; aliquando multò maior fuit: Dum summè florebat,
 sc̄a Pasto Chile vsque porrigebat, amplitudine mille leuca-
 rum, Latitudine verò centum leucarum erat, nempe ab Ocea-
 no Meridionali ad partem Orientalem Andi vsque. Immensa
 aquarum copia partim viua & decurrentis, partim mortua & qui-
 escens obstitit quò minus vltierius progrederentur. Prætexus
 bellum alijs inferendi fuit, quòd in diluvio in ipsis Ingis serva-
 tus mundus esset, & quòd ipsi soli haberent veram religionem
 eamque alios ipsi docere tenerentur. Præcipius illorum Deus
 erat Viracoca, hoc est vniuersi creator; alter verò Deus illis
 Sol erat. Inga Pacacuti, qui maiorem superstitionū (quibus ad-
 dicti erant) partem repperit; quum aliorum deorum templis
 prædia redditusq; attribuisset, nullos Viracocę assignauit, quòd
 quum ille, inquietabat, creator omnium esset, eis non indigeret.
 Inter alias res memorabiles per ipsum institutas pro regioni-
 bus acquisitis yna erat, quod terras in tres partes diuidebat: Pri-
 ma Religioni & dijs dedicabatur. Altera Ingæ decidebatur, quā
 se ipsum, Curiam, Parentes, Barones & præsidia sustentabat,
 eratque ea pars ceteris maior: Tertia pars populo cedebat. Ne-
 morem propriā habebat, sed Ingæ beneficio, nec ea res ad he-
 redes transibat. Agri, qui populi & communitatis erāt, quotan-
 nis partiebantur, assignabaturque vnicuique tantum terra,
 quantum ad sui & familię sustentationem opus esset, eratque
 ea portio aliquando maior, interdum minor: deque ea tribu-
 tum non pendebat: Eius autem loco colebant terras Deorum
 & Ingæ: recondebat fructus in amplissima horrea, ad id desti-
 nata: vnde

REX HISPANIAE.

nata, vnde quum sterilitas ingrueret sumebantur pro populo: Idē siebat de animalibus quæ per capita dividebantur. Hac in re videntur mihi longè superaffe divisiones terræ quas Lycurgus fecit, ac leges Agrarias Romanorū. Ex Nova Hispania & Peruvia (præter merces) opes inexhaustæ auri & argentī trahūtur: Earum opum ordinariè duas partes Peruvia, tertiam Nova Hispania suppeditat, quæ mercimonijs ditione est Mexico. Inter alia dat Coccinigliam maximi sanè pretij mercem. dat & Anis & coria vaccarum infinita. Eius autem insulæ uberrimā copiam coriorum, Xyli, sacchari cannæ fistulae, sandarachz, & margaritarum mittunt. Inter thesauros Peruviae duo sanc ad mirandi sunt: Vnus est fodinarum argenti quæ Potosij Anno 1545 detecte fuerunt, vnde effossa fuit, effoditurque tanta argenti vis, ut quinta pars, quæ Regi cedit 40 annorum spatio ad centum & vndecim Pesorum millions accesserit: Vnus autem Peso tredecim numos Regales (Reales vocat) eiusque quartam partem valore exæquat. Nec tamen duæ tertie partes penderunt quintū Regi debitū. Ea argenti copia expurgatur in 22. machinnis (quæ instrumēta vocat) in flumine vicino exstructis in 22. quæ in valle Tarapaia sunt: Præter ea organa ad huc alia sunt quæ ab equis veriantur in que gyrum aguntur. Aliæ opes consistunt in fodinis Guancaualcanis quæ argento vivo abundant, detectæ fuere Anno 67. vnde Rex purè citraque expensas circiter quadringenta Pesorum millia percipit. Natura quæ Peruviae tam liberaliter fodinas auri argentiique largita est, nihil eiusmodi Brasiliæ contulit, sed earum loco dedit aerem ventorū clementia saluberrimum, Fontes fluminaque multa, eaq; gran dia, syluarum satis. Distinxit terram in planicem & colles delicatos: vestiuit eam iugi amoenitate, dotavitque multis tutissimisq; portubus. Abundat supra modum Sacharo quod contulerunt Lusitani, maximamque eius vim foras mittit: Novi Orbis appendices ferè sunt in sulcæ Philippinæ: quamvis enim, si earum situm bene consideres habendæ sunt pro parte Afic, tamen per Novam Hispaniam primi earum cognitores ad eas penetrarunt: Earū Insularum amplius 40. suæ clientelæ subiecerunt, pacatasque reddiderunt Castellani. Quum itaque Regis Catholici imperium adeò capax, ne dicam infinitum sit, dirimus

REX HISPANIAE.

demus eius Tractationem , quantum ad vires & regimen spe-
ctat in quatuor partes. Prima erit de eo quod in Europa conti-
netur : Altera complectetur Novum Orbem : Tertia ditiones
que in Ora occidentali & Meridionali Africæ sunt: Ultima do-
minia eius in India & Asia recensebit.

DE DITIONIBVS SEV PRO- VINCIIS IN EUROPA.

Dicamus itaque ditiones quas Hispaniarum Rex in Euro-
pa possidet esse ex ditissimis opulentissimisque que in ca-
lunt: Hispania enim auro argentoque diuissima Prouinciarum
cognitarum tantique momenti est, vt non absque causa pri-
ma Continentis prouincia fuerit, de qua tam acriter Carthagi-
nenses & Romani depugnarunt. Gothi Vandaleque, postquam
maximam Imperij Romani partem hostiliter persultassent,
eam sibi pro statione, elegerunt. Trebellius Pollio ipsam
& Galliam robur & nervos Imperij Romani vocat. Con-
stantinus cum Imperium diuideretur, prætulit Hispaniæ (& nos
Itali tantopere nostra, si Dijs placet admiramur) Italizæ. Quum
enim ei in partem obtigissent Britannia, Gallia, Hispania,
Italia, ipse contentus tribus primis Prouincijs parvi fecit Itali-
am , eamque socio sua sponte reliquit. Regnum Neapolitanū
pulcherrima totius Italizæ gema audit, & est: Natura enim ibi-
dem velut in compendium id omne collegisse videtur, quod
propria manu per reliquā Europæ partem disseminavit. Quid
autem dicemus de ditione Mediolanensi? Est ne alias ducatus,
annonæ, frugibus, Oryza, pecudibus, lacticinijs, vino linoque
opulentior? Aut opificum & negotiatorum multitudine, ædi-
ficiorumque populi que frequentia abundantior, situque
loci commodior inter omnes Marij Mediterranæ insulas ca-
put effert? Sicilia , quum amplitudine , tum fertilitate, Inter
regiones, vtramontanas sive terræ secunditatem , sive opidi-
orum magnificeatiam, seu politiam , seu locorum muni-
tionem , seu Gentis indolem & industriam (neque enim
aliunde felicia prodeunt ingenia, nec expressiora priscæ vir-
tutis exempla:) Belgium, quod inferioris Germaniæ nomine

REX HISPANIAE.

(Indigent) citra contradictionem facile primas obtinet.

REGIMENT.

Rectio, siue regendi forma Hispaniae regia est, & Principis, quæ duobus fundamentis nititur, quorum unum Religio, alterum iustitia est: Illa protectione fauorque numinis, hæc amor beniuolentiaq; populi comparatur. Illa animos frenat, regit, que, hec manus ligat coercetque: denique illa Reipub: bona spiritualia servat, hæc pacem temporariam concordiamque tuerit. Hoc in regimine plurimum maturitatis cernere est: deliberauntur enim omnia in Consilijs ad id destinatis, potiusque locum habent consilia gravia & lenta, & cunctatio Fabij, quam te meritas præcepitque festinatio Marcelli. Vitantur, quoad eius fieri potest, rerum novandarum studia, consuetudinum & institutorum veterum mutationes. Quo respiciens sanctorum quatuor Cardinalis (qui post Pontifex Innocentius octavus fuit) dicere solebat Ad regimē Hispanos ita attētos ut hac in re nec hilū erroris iij cōmitterent. Hisce modis Rex Catholicus sub suo imperio (nisi ubi Principum aduersariorum vicinitas obstat) nationes moribus, institutis & ingenijs oppidò dispare Castellanos, Arragonas, Cantabros, Lusitanos, Italos, Germanos, Orbē nostrū Novumq; subditos naturales & acquisitos Christianos & Gētiles quietè placideq; in officio cōtinet. Rationi quoq; cōsentaneū est, ut ditiones quæ Austriacę Familię via quietā & pacificā (quales matrimonia & affinitates sunt) accessere, moderatè quieteque admissi rentur: Quūque initia adeò iusta honesta que fuerunt, diutissimē durent. Quod aliqui obiectiunt hoc Imperium durare non posse, idēq; quod diuisum dispersumq; sit, haud est momentosum. Præter enim argumenta à nobis adducta in disputatione de Statu, quibus contrariū evicimus, est adhuc hoc argumentum quod dominia magna à ruina aduersus mala extrinseca, mediocria autem aduersus intestina melius conseruantur. Ceterum in Imperio ita diviso, sunt amplitudo & mediocritas simul unitæ: Amplitudo in toto corpore ex membris distinctis compposito consistit: Mediocritas autem in maiori membrorum parte. Quum enim aliqua eius Imperij membra, nem-

REX HISPANIAE

bra(nempe Hispania, Petuvia, Mexicum) per se magna sint, omnia illa bona habent, quæ tum amplitudo tum mediocritas suppeditare potest, nempe magnam potentiam aduersus hostes externos, & securitatem adversus corruptelas domesticas. Adeo his, quod viribus maritimis omnia Imperij (de quo loquimur) membra vniuersi possunt. Quemadmodum enim Cæsar Augustus una classe, quam Rauennæ tenebat, & alia quæ Miseniæ erat, totum Imperium Romanum securum reddebat, ita & Rex Catholicus, duabus quasteneret, classib. vnam in nostro Mari, alteram in Oceano, omnia Imperij sui membra, tam quæ in Europa sunt, quam quæ in Novo Orbe habet, vniuersi posset. Bonus itaque Myoparorum & nauigiorum bellicorum numerus, quem in Mari Atlantico teneret, non solum oram Maritimam Hispaniæ & Americæ, classe que quæ sursum deorsumque nauigant securas redderet, sed & Angliam adeò Zeloty pam (vtrita dicā) faceret, ut Regem Belgio pacatè frui sineret. Quod ad classem maris Mediterranei attinet, eaditiones eas ita coniungeret, ut eorum vires semper in ea sint, sicut videmus Lusitanos viribus Maritimis ditiones quas in Persia, Cabaia, Decan & in reliquo Indiæ habent ab hinc 90. annis & amplius, gloriose sibi conservasse. Quidam egregii præstantesque viri in deliberationibus super id habitis opposuerunt rivalitatem sive amulationem Turcæ, dicuntque, quod si Rex ut parcat expensis immodicis, quas in Arces facit, ea impensa classem 150. aut plurimum Triremium instruere velit (quod ei factu facile est) incitat Turcam sciuus classis 130. Triremium numerum non excedit) ut Reges superior sit, carum ducentas instruat, vnde suæ Maiestati, expensæ faciundæ erunt, nec tamen aliquid ad eius potentiam accederet. Ea subtilitas, ne arguta dicam versutia, excedit modum. In rebus quoque practicis nihil infelicius quam nimium ingenij etiunen succedit. Non sufficit enim dicere, quod Turca viribus Maritimis Rege superior esse velit, sed videndum est, num id in eius potestate situm sit. Quamuis eum Turca plusorū Mari, tamquam Rex habeat, non tamen plus nervorum habet, nec gentis machinationibus navalibus apta. In tota enim Africa tota non habet, exceptis Algiera & Tripoli, locum, ubi aut fabricare, aut tenere par Triremium possit. Idem de Ponto Euxino dicimus.

REX HISPANIAE.

dicimus, vbi nihil magni momenti est præter Capham & Trapezuntem. Idem dici posset de tota quasi ora Asie. Non satis enim est habere multum oræ Maritimæ, pluribus opus est: Populo inquam qui arte marina delectetur: Qui labores & incommoda maris tolerare possit: Cui cordi sit nauigatio & negotiatio in Mari: Cui ligni & Cannabis sit: Qui minis ventorum & horrore tempestatum non exanimetur: Qui vitam periculis exponere & in ijs versari audeat: Qui mortem inter Scyllam & Charybdin prouocare non extimescat. In dimidia parte Imperij Turcici populus mari assuetus non est, nec qui comparari vel opponi Catalanis, Cantabris, Lusitanis, Genuitibus, (hos nominō proter multa officia que Regi Catholico in suis classib⁹ præstāt) possit. Duabus deniq; rebus Rex Catholicus Turcæ prævalet: Vnā quod quamvis Turca sub suo imperio plus populorum quam Rex habeat, eis tamen quod maxima eorum pars Christiani sint, contra nos fidere non potest: Altera, quod oræ Maritimæ Regis magis unitæ sunt quam quas Turca habet, eoque nomine coniungi Regis vires facilius possunt. Competum est etiam classes Orientales plerumq; ab occidentalibus, Meridionales à Septentrionalibus, Carthaginenses à Romanis Asiaticas à Græcis superatas fuisse. Cæsar Octavius classibus Italicis fregit Aegyptias: nostro tēpore Christiani Turcicas. Ipsi Turcæ fatentur suas Triremes nostris virtute cedere, timentque earum impetum. Quoties Karolus quintus voluit classes armare, tantas vires coniunxit vt Turca se loco mouere nō sustinuerit: Duxit enim Karolus, in expeditionem Algerianam quingentas naves. In Tunetanam plus quam sexcentas. Andreas Auriat tantas copias duxit in Græciam, vt Turca se loco movere non audente ceperit Patras & Coronem.

Nihil dixi de viribus Maritimis, quas Rex habet in Oceano Germanico propter motus Belgij. Verū enim vero quæ Europæ regio habet majorē navium hominumq; excellentiū qui cū impietosī maris tempestatibus certare valent quam vel Hollandia vel Zelandia copiam habet? Ecquip portus magis frequentantur quam qui vulgo Rammekēs vel potius Zepyrgū dicitur Antwerpia & Amstelredamū. Nihil dicam de concurso nauium omnium

R E X H S P A N I A E.

sum omnis generis Hispali, quo appellant classes Nouæ Hispaniæ & Peruviæ, quibus semper maximus Nauarcharum & Nautarum numerus exercetur. Meū non est loqui de virtute Cantabrorum in re maritima, quia tum in arte militari, tum nautica excellentes evadunt, parique ferocia hosti armato & vndistremendis Oceani obuiam eunt. Demonstravimus ferè præter institutum vires Maritimæ. Dicamus nūc paucis de terrestribus. Ex consistunt in Peditatu & Equitatatu: Ad illum quod attinet, optimus miles pedestris Germaniæ est is qui vulgo VValon dicitur: De Hispano non est meum dicere, quod hæc natio ab omni ævo ex bellicosissimis totius Orbis gentibus extiterit. Galli nouem annorum spacio, à Romanis domiti subiugatiq; fuere: Hispani bella ad ducentos annos duxerunt. Domandis Cantabris Augusti Cesaris potentia & persona necessariæ fuerunt. Hispani suam patriam Mauri eripuerunt, statimque ea expeditione defuncti invaserunt Africam, ceperuntque præcipua eius loca. Lusitani invaserunt Mauritiam: imposuerunt freна огн Guineæ, Aethiopiæ & Cafrariæ: cōquisiverunt Indiam, Malacam, & insulas Moluccas. Castellani navigando Oceanum Atlanticum Novi Orbis dominiū sibi subiecerunt, in quo tot regna, prouincię, populique linguis, vestitu, moribus differentes sunt: expuleruntque Francos Neapoli & Mediolanο. Hispanorū virtus in sagacitate sita est, nulla enim aliagens melius nouit quid in bello conducat aut quid obsit: In diligentia, nihil enim per socordiam elabi sinentes, τανοῦ γέρεισι δυνάται πρωτοπρηγματι χρῆσθαι, ut foro norunt: In unione concordiaque, nunquā enim extra patriā inter se manus cōseruerunt: Denique in tollerantia famis, sitis, æstus, frigoris, incommodorū laborisque quā omnes alias nationes defatigant. His virtutibus ab hostibus preclaras victorias reportarunt. Quamvis autē aliquando victi fuerunt, eos nihilominus à quibus vici fuerat vicerunt, sicut accidit ad Ravennam. Nec vñquam insigni cludit affecti fuere, quamvis adversos fortunæ casus subierunt in expeditione Algeriana & Anglicana. Tria aut quatuor Hispanorum millia sursum deorsumque versarunt nobiliorem Germanie partem, perruperuntque vndiq; per medios hostes. De Peditatu Italico qui Regi Catholico paret, non est meum dice

REX HISPANIAE.

re: Notum est enim robur militare Marsorum, Pelignorum, Her-
nicorum, Samnitum, Lucanorum. Quod ad equitatum attinet
Hispaniæ Rex generosissimam equorum Europæ stirpem habet,
nempe Asturcones hispanicos, qui vulgo Giannetti dicun-
tur: maiores Neapolitanos quos vulgus Corsieri (quasi equos
ad cursum, ut Varronis verbo utar, idoneos dicas) appellat: Se-
quanicos qui inter Francicos antecellunt, & Belgicos qui Ger-
manicis præualent. Hos populos natura suos armasse videtur
ferro fodinarum Biscaïæ & Guipuscuæ & Molinæ: Temperatu-
ra que fit Baionæ, Bilbili, Tolosettæ, Calatajut: Officinis ar-
morum Mediolani, Neapolis, & Buscoducis. instruxisse eos
annonam comœtu & horreis inexhaustis Apulia, Sicilia, Sar-
diniæ, Artesia, Castiliæ, Andalusia: Eis quoque largita est co-
piam vini, nempe Somæ, Calabriæ, San. Martini, Aimontis a-
liorumque locorum infinitorum. Abundat denique Rex Ca-
tholicus auro & argento, quo quantum vult equitatus pedita-
tusque Italici & Germanici (ne gens hispanica tot in partibus
diuersisque expeditationibus intricata consumatur) conducit.

PRINCIPES FINITIMI.

PRincipes, quorū regiones Regis Catholici ditionibus con-
fines sunt, & respectu viriū aliquo in pretio habentur, sunt
Veneti, Franciæ & Angliæ Reges, & Turca. Apud Venetos iam
inde ab eo tempore ex quo ditio Mediolanensis penes hispa-
nos est res in summa quiete, pacatissimæq; sunt, quod Veneti
tuitione potius nituntur, summopereque opidorum suorum
& arcium munitioni incumbunt, quam rerum acquirendarum
consilijs: Quam enim eorum Resp. tota ad pacem collimet nō
expedit ut res in vicinia turbent. Regi Catholico quoq; tot di-
tiones sunt, ut eis contentus sit gensq; hispanica tot, expeditio-
nes aduersus Turcas, Mauros aliosque hostes in Europa, Asia,
Africa, Americaque easque tam necessarias vilesque præ ma-
nibus habet, ut in eos iram suam plenis effundat habenis: Sed
& vidimus hispanos promptè alacriterq; arma in gratiam Ve-
netorum cepisse, iam tum quū eorum Republica in maximis
difficultatibus bellorū esset, quę ei intulerunt Baiazethes, So-
limanus

R E X H I S P A N A E.

Iim manus Selimus secundus ad Cephaleniam, Prevesam, Lepatum: Habebant tamē habentq; Hispani ad suū laius Algierum, Tunetū & Aphrodisium, quę Hispaniæ, Siciliæ, Sardinię, Balearibus & regno Neapolitano viciniora sunt quàm Cyprus, & insulæ maris Ionię. Quod ad Franciam attinet, Rex Catholicus eam protegendam suscepit, fecitque expensas inæstimabiles in Langedocia, Guienna, Prouincia, Normannia, Delphinatu, Britannia, Lutetiæ Parisiorum alijsque in locis. Quid autē dictemus si Francia cum hispania sub vna corona vniretur? Primū id quidem optari magis ab Hispanis quàm effectum dari posse dico: prēterea quòd vires Francorum in impetu, Hispanorum autem in cunctatione consistunt, non enim aliter animi sensa exprimere valco. Facilius autem est, vt cunctando impetus retundatur, quam vt contrarium accidat: Impetus enim facile prævidetur, yitatque aut eludit eum vir constans. Magnus Capitaneus quum se cōtulit in Barlettam, & postea substituit ad ripas fluvij Liris qui nunc vulgo il Gariglano dicitur, primò eripuit Gallis possessionem regni Neapolitani, deinde spem id recuperandi. Isdem artibus fatigavit Antonius Leva Regem Franciscum ad Ticinum: Prosper Columna autem eiecit eius Regis Capitaneos è ditione Medionalensi. Fateor, equidem impetum multum in oppugnationibus yrbiū valere: Fateor quoque Francos hac in re aliquid præstítisse ad Ivosium, Medium, Caletum, sed in summis prēlijs vt plurimū vieti fuere nempe Greuelingę, S. Quintini Sienę: in his enim plus valet ordo & ars quàm furor: in illis autē nempe oppugnationibus plus efficit impetus & furor, quàm consilium. Etsi autem Hispani, cunctando, præclaras rerum gerendarum occasiones elabiverunt, eāq; ex causā sēpe incommoda patiantur, illa tamen cunctatio ipsi ferè semper, cum Gallis maximè, non solum in rebus bellicis, sed & in tractationibus negotiorum feliciter cessit. Veniamus nunc ad Angliam. Anglorum arma ad sui defensionem quàm alijs offendendis, aptiora sunt, idquę à naturā habent Insulæ; quę alicuius momēti & potentia sunt, alijs nec ad offendendum alios, nec seip̄sis defendendis valent. Videlimus itaque Anglos, nihil vñquam in continente præclaris fe-
 cisse nisi ab alijs suffultos: Divexarunt quidem Franciam, sed

REX HISPANIAE

auxilio Ducis Burgundiæ: Ipsius à nemine suffulti nō solum quod in Francia acquisuerant, sed & ditiones hereditarias amiserunt, exceptis Calero & Comitatu Oyensi, quæ etiam nostro tempore intra paucos dies, per Franciscum Ducem Guisium eis erupta sunt. Angli nunc Belgii exagitati, sed auxilio Belgarum in primis: sic ut natura Angliam fixisse potius ad se suo in statu conservandam, quam ut taliarum ditionum vicinarum accessione imperij sui pomeria proferat, videatur. Sunt itaque Angliae vires diuexandis Regis Catholici ditionibus, quam ijs periculo involvendis magis idoneæ. Facilitatem eas divexandi præbet ipsarum amplitudo & opulentia, latronibus & piratis multis in locis exposita. Sicut autem nemo miratur Turcam adeò potentem Principem, mare à duabus aut tribus Triremibus Sancti Iohannis, auf S. Stephani tutum reddere nō posse: ita nemini mirum videri debet piratis Anglis in immenso illo Oceano, qui Regis Catholici ditiones alluit, iter præcludi non posse.

NOVVS ORBIS.

Transmittamus nunc Oceanum. Ditiones quas Rex Catholicus in Novo Orbe habet tam magnæ tantèque potentiae sunt ut hostes non timeant. Hispani fundarunt in omnibus locis oportunis optimas colonias. Occupant ijs fauces fluminum, Portus Maris, & præcipuo transitus, omnesque Situs ad in officio continendū regiones, annona fertiles ant dites venis mineralium aptos: aut ad frenandum populos bellicosos, aut validas civitates. A Meridie nullum hæ regiones hostem habent, qui eis molestus sit. Nulla enim ibidem Insula, nec Continens ipsis ad aliquot Miliarium millia adiacet. A latere Septentrionali vexantur aliquando à Francis, & Anglis, qui ut classes portusq; deprædentur, eò usque excurrunt. Maximum damnum, quod passi sunt, Anno 1586, quo Franciscus Dracus, Anglus, diripuit Sancto Dominici opidum, in Insula Hispaniola, & Cartagenam in Continente: Sedea Anglorum audacia in causa fuit ut hispani circumspectiores facti sint, meliusq; earum regionum securitati prospicerint. Eç à Septentrionali latere à natura mirabiliter munitæ videntur: Primum tot Insulis, quæ pro Septo, aut Vallo Nova Hispaniæ sunt: deinde frequentia brevium vadorum, fluctuumque varietate, qui ibidem cadunt. vulgus eos correnti

REX HISPANIAE.

currentes dicit: Deniq; vno fluctu rapidissimo, qui per Sinum Pariae (vbi os Draconis vocatur) intrans, deinde inter lucatan & Cubam transiens inter Cubā & Caput floridæ tam rapidè se retrorsum vertit, vt nec expansis celox velis, eum vlo pacto superare valeat: hic fluctus, ventorum varietas, aliaq; maris pericula eos animi dubios reddet, qui portu, quò se recipiat carēt. Porro Rex Catholicus eo naturę beneficio vtens edificauit preclaram Arcem in quadam Insula, Veræ Crucis opido vicina, in plaga, inquam, Mexicana sita. Extruxit & aliam munitionem Havanae in Cuba ex adverso Floridæ: Tollit illa hostibus oportunitatem evitandi fluctum; hæc facultatem eo vtendi: edificauit denique Arcem validam in Sancto Dominici opido, quod tam oportuniè situm est, vt obtinendo eius Maris Imperio factum esse videatur. Et vt concludam: Sicut situs Italie ad Maris Mediterranei dominium obtinendum factus, ita & Hispanie ad imperium Oceani obtinendum videtur. Ipsa deniq; experientia docet, Hispanos suapte natura varijs climatum, regionumque plagis tolerandis, magis quam ceteros esse idoneos.

D E P H I L I P P I N I S.

PHilippinæ ad Novam Hispaniam pertinent, non quòd inter eius aut Novi Orbis fines comprehendātur, sed quod anno 1564 detecte fuerunt per Michaelem Lopezum Legaspem, qui à Ludouico Velasqueo Nouæ Hispanie Prorege ad detegendum incognitas regiones missus fuit. Dictæ sunt Philippinæ in honorē gloriamq; Philippi Regis Hispaniarum cuius auspicijs ea expeditio suscepta erat. In illo Oceano qui se inter Novam Hispaniam & Taprobananam extendit, esse vnde此 mille omnis generis & magnitudinis Insulas creditur. Quamvis autem Hispani eas oës nomine Philippinarū cōprehendāt, id tamen nōmē propriè ijs convenit quæ Septentrionaliores sunt: Earū hucusq; plus quam 40 sibi acquisiuerunt cū una Myriade hominū cās inhabitantū. Præcipua dicitur Luzon, quæ ducentas leucas quidē longa, sed admodū stricta est. Ibidem ad os magni fluvij qui Manila vocatur, ædificarunt bonū opidum idq; vtrinq; mari flumineq; cingitur: Vbi fluvius in Mare se exanerat, fabricatunt Turrim robustam, ab alia autē fluvij parte civitatulā quæ primum ligno & terra, deinde muto è lapide & calce cingitur.

Maiori

REX HISPANIAE.

Maiori Insularum est nomen Vendeno, celebriori Tandaja, quæ, quod primū detecta fuerit, dicitur Philippina. Inter alias est illuc Cebu, in qua obiit Magellanus, ambitur undecim leucas, est in decimo gradu latitudinis. hæ & aliæ insulæ vicinæ abundant universaliter venisauri & frugibus. Vendeno quoque Cinamomo cuius multum in novam Hispaniam atque adeo in ipsam Hispaniam importatur Rex Catholicus, mādauit ut ex nova hispania in eas Insulas boves, vaccæ, equi, eque ad propagationem deferrentur. Numerus Hispanorum qui illas regiones conquisierunt defenduntque accedit hodie ad mille sexcentos. Milites qui inter hos, non sunt plures nongentis. Aedificarunt Arces in locis oportuniis maximè in Luzon, in Pavai, & Cebu, tenentq; ibidē aliquas Triremes & Celoces. In Manila ciuitate habet domicilium Episcopus cum 18. viris Ecclesiasticis, Patribus ordinis Diyi Augustini, & Societatis Iesu quorum opera studioq; ad sacram fidem circiter trecenta hominum millia conversa sunt. Maxima difficultas quæ in eorum conversione est consistit in polygamia, quæ cunctis gentibus communis est. Sunt hec ditiones momentosiores quam quis existimet: Ultra copiam enim alimentorum & auri quod ibidem reperitur, sunt in situ percōmodo, tum ad subiugandum Insulas vicinas & conservandum Molluccas: Tum ad introducendam navigationem in illum Archipelagū & Novam Hispaniam; Et commertium inter Chinam & Mexicum: hæ res magni ponderis sunt: sed id quod gravitate rei vincit hec omnia, est, quod inde tanquam freno, coepit cohiberi secta, & arma Mahometana quæ paulatim sibi dominiū rā Insularū, quam Oræ Asiae parabant. Quin & Castellannis, ex nova Hispania Peruviaque expeditio quam Arabibus ex suâditione facilior est. Præterquam enim quod illi viribus superiores sint, compertum fuit Navem bimestri spacio ex Peruviâ, ad Philippinas (quæ minus ab Apulcoa & Salisco, quam Peruviâ distat) appulisse, quod nauis semestri, ex Arabiâ non pertingat: non ob id modò, quod Arabia à Philippinis longius distat quam Peruvia, sed quod venti communes navigationi Castilianorum (hi enim recta illi curva navigant linea) favent impensius. Conficiunt præterea Castellani institutum iter uno trac̄tu, Mauri autem pluribus, mutatur

REX HISPANIAE

mutatur enim eis ad caput Comorinum tempus aestivum in hibernum. Idem quoq; ferè eis accidit Malacæ vbi venti (quos vulgus Monzonos) expectandi sunt. Quod amplius est Castiliani semper vento secundo & in mari tranquillo quodq; inde Mare Pacificum dicitur, Arabes aurem in Archipelago, in quo variis impropositisq; ventos experiuntur incidentibus in latrones hominesq; facinorosos navigant. Adde supradictis. quod sicuti existimatio Castilianorum opitulatur Lusitanis ob vicinitatem Lusitanorum virtus id Castilianis abunde beneficium foenerat: ac si contingat ut hi duo populi coniungantur unianturq; nihil nō in illo mari efficient, quod cū Chinenses probenorint, prospiciunt carentq; sibi Christianorumq; vicinitatem & arma suspecta habent.

LUSITANIA.

Dicamus nunc deditionibus, ad Regem Catholicum propter coronā Lusitanicam pertinentib. Hoc regnū, quod 320. miliarib. longū, 60. autem latum est, quamvis nec regione nec terra valdē magnum, nec per se proventibus valdē dives sit, in situ tamen ad navigationes commodissimo, & faciendis acquisitionibus oportuniſſimō est. In habitature enim à populo tanti animi, vt expeditiones in Barbariam, Aethiopiam, Indiam, Brasiliāmq; fecerit. Iamq; per 90. annos, dominium locorum, & portuum maioris momenti dictarum Provinciarum, & Patronatum navigationis Oceani Atlantici, & Eoi sibi vendicat. Antequam autem pergamus, opus est, pauca dicere, de Insulis Terzeris, quæ etiam coronā Lusitanicā sunt. Haec Insulae propter earū sitū, adeò opportuna & necessaria sunt, vt absque eis ipsis navigatione in Aethiopiam, Indiam, Brasiliā & Novum Orbem vix fieri possit. Classes enim quæ ex dictis regionibus venirent hispalim & Olyssiponem eas vix vitare possunt, quin in eas descendant: Classes Occidentales vt ventos sequantur: Orientales autem ad comparandum sibi ventos secundos. Celebres non ita pridem factæ sunt, primū propter obstinationem incolarum, contra Regem Catholicum, iam tum quum Rex Catholicus regnū Lusitanici successor factus est. Denique ob victorias, quas aduersus classes Franciæ & Angliae Hispani circum ipsas sibi pepererunt.

DE

REX HISPANIAE.
DE DITIONIBVS IN AFRICA
& Aethiopia.

Præter Septam & Tanger opida, quæ Rex Catholicus ratione corona Lusitanicæ possider ad Fretum Gaditanum: & Mazzaganum extra Fretum 20 ab Arzilla miliaribus magis Meridiem versus, Rex Catholicus in Ora Africæ à Capite Aguero ad illud quod Guardafu dicitur usque duo ditionum (Status vocant) genera habet: aliqua enim ipsi immediate, alia confoederatis ipsius subsunt. Parèt eidem Insulæ Maderæ, Portus Sancti, Capitis viridis, Arguin, Sancti Thomæ, & vicinæ. Hæ dictæ Insulae non modò se sua annona sustentant, sed & inde in Europam mittunt, imprimis Saccarum fructusq; arboreos, quibus maximè, sicut & vino, abundat Madera. Saccari maximam etiam copiam conficit Sancti Thomæ Insula. Hæ ditiones non ab alijs quam à piratis Anglicis & Francicis qui tamen caput viride non transiunt infestantur. In Insulis vulgo Arguin & S. Georgij delamina: habent Lusitani duas institorias (quas fattorias vocat) easq; ad exemplum Arcium factas domos, vnde cum gentibus vicinis Guinea & Libyæ negotiatur, aurumq; ad se ex Mandinga locisq; finiti mis trahunt. Inter Principes cōfederatos ditissimus honoratussumusq; est Rex CONGO: possidet enim regnum quod luculentum est, aërisq; temperie opaca rerumq; copia cæteris Aethiopiæ plagiis antistat. Lusitani ibidem duas colonias habent: vnam in S. Salvatoris ciuitate altera in Insula, quam Loandam dicunt. Percipiunt ex hoc regno diversas opes, sed præcipuae sunt plus minus quinque millium Mancipiorum, quæ illinc quotannis in insulas & novum Orbem avehunt, proq; unoquoq; quod evehitur mancipio, penditur amplum vectigal coronæ Lusitanicæ. Ex hoc regno facile ad Presbyterum Iohannem perveniri possit: non enim longissimè illic abesse existimatur. CONGONIS regnum adeò Elephantis, annonæ copia; omniq; alia necessaria re affluens est, ut ei expeditioni singularem commoditatem adferre posset. Est etiam Congo confinis regno Angolæ, cum cuius Principe nūc bellum gerit Paulus Diaz Lusitanorum Capitaneus: Belli vero causa primaria sunt quædā fodinæ argenti, quæ Potosianis neutquam

REX HISPANIAE.

Si quam cedunt: tantò autem illis meliores sunt, quant oargentum purū mixto impurōue p̄stat. Vt aut̄ quod res est dicatur. Si Lusitani tanti res vicinas, quanti longinquas fecissent, easq; vires quibus Caput Bonæ spei superauunt, penetrarūtq; in Indiam, Malacam, & Moluccas, contulissent in expeditionē Africānam, facilius minoriq; expensa, maiores opes pre perissent. Nulla enim in Orbe regio Auro argentoq; ditionē est regnis Mādinga, Aethiopia, Congo, Angola, Butua, Teroa, Maticuca, Boro, Quitieui, Monomotapa, cafati, Monoemugi.

„ Humana sedenim cupiditas plerumque rem

„ Pluris alienam quām suam ipsius facit,

„ Remotiusq; res videtur dissipata

„ Propiore maior esse re.

Inter promontoria Bonæ spei, & Guardafuense habent Lusitani Arces Cefalæ & Mozābique: illius opera negotiationis regionū circumstantium (quæ omnes auro eboreq; abundant) dominium sibi seruant, huius autem beneficio navigationem, Indiam versus, faciliorem leviorēm q; sibi reddunt, propterea, quod ipsorum classes interdum ibi hibernant, interdum sese ibidem refocillant. Habent in hac piagâ Regem Melindæ, sibi amicissimum, Reges Quiolæ aliarumq; vicinarum Insularum tributarios. Nihil, nisi V I R I Luitanis desunt: Præter enim alias Insulas, quæ quasi se prostituunt omnibus, est h̄c Iusula S. Laurentij inter maiores, aut maxima totius Orbis censenda, longa est 1200, lata autem 480 miliaribus. Quamvis autem parum colatur, est tamen ob suam bonitatem omnis culturæ capax distinxitq; eam natura in flumina, Portus, & Sinus commodissimos. Hæ coronæ Lusitanicæ ditiones, nō alias vires quām maritimastiment, quæ ex Turcistantū constare possunt. Sed perpetuus cursus classium Lusitanicarum (quæ vltro citrōque per illas oras navigant) eas prorsus securas reddit, ceperuntq; in Anno 1589 apud Mombazam, & Titemes, & vnam Navem longam Turcarum, qui eò vsque penetrare sustinuerant.

D E D I T I O N I B V S A S I A E.

HAE ditiones in Persia, Cambaia, India, citeriore & vltériore sunt. In Persia habent Lusitani Armuzium: in Cambaia insulam Diu, Damain & Bazain. In India citeriore possident

REX HISPANIAE.

Caul, insulam Goam, cum vicinis Arcibus Cochim, Colam, & Insulam Mavar, Portum Columbo in Insula Zeilan. Sed caput est Goa, ubi Prorex vires Indiæ secum trahēs habitat. Armuzium & Goa magni aestimantur propter dominium Maris & commercium Sinuum Persidos & Cambaiæ: Cochimum & Colatum propter copiam Piperis, quod inde natibus impositum avehitur. Mavar, propter pescationem Margaritarū, que in illo Mari fit. Colombo, propter excellentiam & cōpiā Cinnamomi, vel Cinnami, quod ex ea insula exportatur. Damain & Bazain, propter fertilitatem Regionum circumiacentium: quam ob rem Iohānes tertius Lusitanus Rex, veteranis prædia in dictis regionibus assignavit. **Goa** maximi momenti est, propter situs oportunitatem, cui terræ vberitas coniuncta est. Oes haec Indiæ regiones Gossipio palmis (vnde maxima incolarum pars se sustentat) Oryza, Pipere, Zinzibere alijsq; fructibus abundant. Habet Rex Catholicus hic adhuc nonnullos Principes amicos, alios Tributarios. Amicorum primus ditissimusq; est Rex Cochimensis, qui primùm beneficiarius Regis Calecutij fuit, nec admodum potens erat, nūc amicitia & commercio Lusitanorum tantas opes viresq; acquisivit, ut & Regionibus vicini sit invidendus. Rex Colami quoque eidem amicus est. In duobus hisce locis, habet Rex ciuitatulas quātivis pretijs. Sunt & ibidem nonnulli Principes tributarij.

VIRES.

Lusitanorum in his editionibus vires duabus in rebus sitæ sunt: Vnaest sitns locorum & robur: Altera numerus classium, & earum præstantia: ad situm quod attinet, Lusitanisci scientes, se propter exilem suorum numerum, in Mediterraneas regiones, magni momenti expeditionem susciperent non posse, nec se viribus pares esse Persis, Guzaratis, Principibus Decā, Regi Narsinge & alijs, in hoc incubuerunt, vt eos situs, qui sibi commodi idoneiq; vibebantur, ad maris negotiationisque dominium sibi parandum, & in quibus pauci maximis copijs frōtem obvertere poscent, sibi compararent. Quumque Portuum Pelagique domini sint, tantas vires maritimas comitode conjungere valent, vt nemo ipsis ibidem resistere valeat: Navigaque eorum talia eoque modo instructa sunt, vt neceorum vnum, tria, quatuorve alterius generis extimescat. Atque, vt ali-

REX HISPANIAE.

quid dicatur, ex quo, quid ipsi in India possint cognoscatur, Frā-
ciscus Almeida cum 21 paulo ve pluribus navibus fudit Mama
luchos in vicinia Diu opidi: Alfonsus Alburquerque, cum cla-
sse 30 magnarum navium oppugnavit Calecutium: navibus 21
cepit Goam: 34 recepit eandem: 23 cepit Malacam: 26 ingress-
sus esi Mare rubrum: 22 recepit Armuzium. Deinde rebus eo-
rum magis magisq; in valescentibus, duxit Lopezius Zuarez-
us in expeditionē maris rubri 37 naves magnas: Lopezius Se:
quicira 24 navibus (sed maiore quā vñquam antea militum co-
pia) tentavit Gniddam ad mare rubrū: 40 Dium opidum: Hē-
ricus Menesius 50 navibus vastavit Patane opidum. Lopezius
Vazius Sampaius reliquit in Armamentario 136 navigia bellii-
ca, omni ex parte rebus necessarijs probè instructa. Nonius Acu-
gnia suscepit expeditionem in Dium 300 navibus, in quib. erāt
Lusitanorum tria, Indorum quinque millia, excepto famulo-
rum armatorum satellitio, quos secum magno numero duce-
re solent. Dominus Constantinus Braganza, habuit in expedi-
tione Onorensi 60 naves velivolas, nec minorem numerū, in
ea, quam in Ionefepatan suscepit.

PRINCIPES FINITIMI.

PReter Principes confederatos & tributarios, sunt his diti-
onibus confines potentissimi hostes nimirūm Persa, qui in
Armuzium (quod sub clientela eius fuit) ius sibi vendicat: Rex
Cambaiæ, qui D IV M (quæ Insula illi quondam paruit) aliaq;
loca quæ ipsius aliquando fuisse diximus, repetit: Nizzamaluc
cus & Idalcamus (itâ vocâtur à Lusitanis duo potētissimi Prin-
cipes regni Decan) Reges Calecutij & Narsingæ. Sed Reges Per-
sæ & Narsingæ nunquam Lusitanos bello impetivere, quod e-
is semper cum alijs lögè potentioribus hostibus res fuerit. Alij
quamvis ad recipiendum Dium, Chaulem, Goam aliaq; loca,
omnes nervos intenderint, nihilque in eo molimine intenta-
tum reliquerint, nullam tamen expeditionem momentosā ad
felicem optatamque catastrophē perducere valuerunt: Situs
enim locorum, maritimis auxilijs recipiendis commodissimi
sunt. Ac quamvis hostes expeditiones hieme (vt facultatem au-
xilijs ferendi Lusitanis eriperent) suscepserint, nihil tamen pro-
fecere,

REX HISPANIAE.

fecere: quod navium Lusitanicarum conditio & apparatus, & feroceſ Lusitanorum animi quævis pericula contempſerint; Dum itaque certatim operam dant, obſeffi ut perdurent, & patienter vincant: Alij ut ſocijs obſeffis ſuccurrat, omnibus ventorū marisq; periculis ſe exponunt, omnes hostium conatus irritos reddiderunt. Nullus autem Lusitanis acrior formidabiliorq; hostis eſt ipſo Turca, qui ea commoditate fretus vienſque, quam vrbs Adena ei præbet, ex mari rubro, identide eos India expellere conatus eſt, ad eam expeditionem modò à Rege Cambaiæ, modò ab ambitione ſollicitatus. Maxima classis quam Turca inſtruixerit 64. navium fuit, quas adverſus Dium misit: ſed ea in turpem fugam acta eſt. Misit deinde alia classem 22. magnarum navium in expeditionem Armuzianam, quæ classis ferè tota oppreſſa quaffataque fuit. In zeilan nihil præter Arcem Colombo Lusitani habent: Rex enim qui eorū Tributarius erat, à Mauro, qui Singapandar dicitur, regno exutus, nunc tanquam exul vivit, ſiſtinetq; ſe auxilio, quod ei ſupeditant Lusitani.

DE INDIA VLTERIORE.

IN India ulteriore habet Lusitanica corona regnum Malacense & Insulas Molucas. Malaca Metropolis caputq; regni, eſt, quod ad 270. miliaria patet: ſed ob aëris parum ſalubris intemperiem à paucis inhabitatur, nec ibidem aliud opidū magni momenti, quam ipsa vrbs Malaca conſpicitur. Hæc ita fita eſt, ut non tantum omnia commercia, ſed & itineraq; (ux per immensum illum Oceanum à fauibus maris rubri ad Caput Liapo fiūt vsq;) coniungat vniatq;: Eò quoque importantur opes Continentis, totq; illarum Insularum, ut omnes ſimil copulatae amplitudine Europæ non cedant. Malaca quondam multò maior erat: extendebat enim ſecundum maris plagā ad plus quam tria miliaria: Sed Lusitani, (ut eius defenſio facilior & expeditior eſſet) in Arcem eam redegerunt, quæ ſupra miliare in circuitu non continent. Duos potentes hostes habet, nempe Reges Ior & Achem, quorum ille terra potens eſt, hic mari potentissimus, à quibus ipsa obfella fuit, nec ſemel in magnum

REX HISPANIAE


num discrimin adducta est sed auxilio quod ei ex India venit, semper cum strage & ruina hostium seruata est: Tandem Paulus Lima Regem Ior fudit, arcemq; ab ipsis in vicinia Malacæ extructam expugnauit, in qua præter alia spolia 900. tormenta bellica ærea reperta fuerunt. Hæc ditio magno periculo vel ob potentiam Regis Achem (quæ tota in eius pernicië se convertit) exposita est. Ideoq; Rex Catholicus, vt ditionem Malacensem, à periculò tutam servet, expeditiōnē Achensem Matiæ Alburquerque, (quem superioribus annis cum autoritate ingentiq; manu in Indiā misit) commississe existimatur. Reliquum est regnum Malucco, vbi Lusitani, quo sibi commercium Caryophyllorum (quæ in Molucis nascuntur, & Moschocaryorum (quæ Insulæ Bandæ peculiares sunt) securum efficerent, in Insula Ternate Arcem habebant quæ auxiliorum inopia his retroactis annis se Mahumetanis dedidit. Nihilo minus Lusitani qui se in Insulam Tidor receperunt, ibidem mercemoniorum artem in se transferentes remanent.


- “ In Orbe, terra quâ patet, nulla integro
- “ Regio aut ditio est, gens cuius è sit pluribus
- “ Conflata nationibus, quæ vel magis
- “ Animisq; moribusq; ritibusq;, vel
- “ Sermonis inter varietate differat
- “ Se: gente sed quâ nulla constans sit minus
- “ Contra, minus sincera, fida, & candida:
- “ Hinc fit vt ibidem nulla pax vnquam, quies
- “ Nec vlla, nec sacri, vel hilum sit boni.

s'hor albet que l'heu o'licir en la seua libreta de muntat
 dell'arbre. El ha estat un dels primers a ser en el seu
 estat. Una altra cosa de portavecchia de la qual no em posso
 recordar més, és que en la seua casa havia enterrat
 les obagues d'oreu a la seua llavor. Això de més, apena
 que en el seu estat havia una paret que era de pedra
 i que havia estat feta per un mestre de pedra que
 havia quedat a la casa després de la mort del seu amo.
 Així que en la casa havia una paret que era de pedra
 i que havia estat feta per un mestre de pedra que
 havia quedat a la casa després de la mort del seu amo. Tots els dies que
 havia quedat a la casa havia treballat en la paret que era de pedra
 i que havia estat feta per un mestre de pedra que
 havia quedat a la casa després de la mort del seu amo.

organisme, i tots els actes, edicions
 i edicacions que han tingut en el seu organisme
 en el seu organisme.

En el seu organisme, i tots els actes, edicions
 i edicacions que han tingut en el seu organisme
 en el seu organisme.





MAGNVS TVRCA

TVRCA comprehendit suo imperio præcipuas partes trium Orbis terræ partium: Habet enim in Europa totam maris Oram, quæ à finibus Epidauri, ad fauces Tanaïs usque excurrit: Quidquid inter Budam & Constantinopolim, Et à Ponto Euxino ad hoc latus Savi usque est. Eo spacio comprehenditur melior Hungariæ pars, tota Bosnia, Seruia, Bulgaria, Macedonia, Epirus, Græcia, Peloponnesus, Thracia, Archipelagus cum suis insulis. Tenet in Asia & Africa id omne quod ab opido Belis de la Gomera, ad Alexandriam Aegypti: A Bugia ad Guargalam: Ab Alexandria ad civitatem Siene: Et ab Herou civitate (quam nunc Suez appellant) ad Suachen usque est. Imperij huius magnitudo, comprehendi potest ex amplitudine aliquarum eius partium. Palus Meotis (quæ tota est Imperij Turcici) mille Miliaribus in Orbem patet. Pons Euxinus, bismille septingentis miliaribus ambitur. Vniuersum Marii Mediterranei (quod ei subditum) littus, continet in circuitu octo-miliariorum millia. Aegyptus, quæ tota sua est, quingentis miliaribus longior estimatur. A Taurisio, iter in suo facit Budam usque, per ter mille & ducenta miliaria. Tantundem spacijs est à Derbento ad mare Caspium, Adenam ad Sinum Arabicum usque. A Balsera, ad Sinum Persicum. Tremisenam in Barbaria usque, paulò minus quam quatuor miliariorum millia numerantur. In Mari nobisissimas insulas Cyprum, Eubœam, Rhodum, Samum, Chium, Lesbum & alias Archipelagi habet.

O P E S.

Hoc spacio continentur regiones maxime, & annona abundantes. Quæ terra enim frugibus ditior Aegypto, Africa, Syria, Asia est? Quæ opulentior omniq; bono affluenter Hungaria, Græcia, Thracia? In his ditionibus habet Turca quatuor civitates maximarum civitarum, Constantinopolim, Alkairū, Alepum, Taurisum. Constantinopolis omnes Europæ civitates, populi frequētia, superat: estimatur enim, in ea, plus quam septingenta hominū millia esse. quod si ita est, duas ferè Parisiorum Lutetias æquaret. Alepum est maxima Syriæ civitas, & quasi centrum, quæ mercimonia Asie confluunt. Taurisum ma-

(.) 5 xima Im-

septentrio

TAR TARI AE PARS

Miliarium Germanica
40 30 20 10 0

AUSTRIA



PONTVS EUXINVS

Graziada
Non
Calamida
Cafra
Tauris
Brata
Andrea
nopolis
Constantia
polis
Bolli
Lmaria
Enguri
Cabri
lobacusa
Cognia
Selclia
Samo
Lango
Rodur
Ciprus
Pam
agoia
Barut
Cesarea
Larisa
Tadmor
Damia
Cairo
Anoma
Ellor
Gubru
Nechatal
Ribell
Suachem
Erecco
Vella
Zeila
Barbera
Elle
Meridies

Septentrio

Zabria

Tari

Ae

Pars

MARE DEBACHV

MARE CASPIVM

Samarchand

Tamerlanis magni

Tartoru imperatoru

quondam regia

REGNI PERSIAE
PARS QVOD HODIE
A SOPHIS GUBER
NATVR

OCCIDENTS

MARE MEDITERRANEUM

Alexandria
Damiata
Cairo
Anoma
Ellor
Gubru
Nechatal
Ribell
Suachem
Erecco
Vella
Zeila
Barbera
Elle

Meridies

Septentrio

Zabria

Tari

Ae

Pars

MARE DEBACHV

MARE CASPIVM

Samarchand

Tamerlanis magni

Tartoru imperatoru

quondam regia

Orientis

A F R I C A E



P A R S



MARIS PUBRI

PARS

Zocotara

C. Guardafuni

M A G N V S T V R C A.

xima Imperij Persarum (quibus nostro ævo crepta est) ciuitas, habet plus quam ducenta hominum millia. Alkayrum, inter omnes Africæ vrbes principatum obtinet, non enim vlla alia est, quam non longo intervallo post se relinquat: tamen alij Cano vrbum, ei magnitudine parē faciunt. Alkayrū, quasi horrcum non solum Aegypti, magnaq; partis Africæ; sed & Indiae est, cuius Thesauri in mare rubrum, deindeq; doris Camerorum, Alkayrum devecti, distribuūt per regiones, quas mare Mediterraneum alluit. Imperium Turcicum à parvis initij, in magnitudinem Principibus Christianis extimescendam excravit per arma, quibus nostræ discordiæ ipsis percomodæ, utilesq; fuerunt, ansamque præbuerunt. Artes bellicæ Turcarum fuere, Semper paratum instruūtumq; esse ad offendendū, & præveniendū hostem: Vt in expeditionibus, celeritate admirabili: habere vires, in promptu, & quasi ad manū: Vno tempore plura non tentare: Non diu cum aliquo belligerare, nè in armis exercitetur: Non consumere tempus & pecunias in expeditionibus parvi momenti: Non acquirere, quasi per saltū, sed pedetentim. Multū quoque profuit, quod Principes maximæ expeditionum parti præfuerere. Alijs quoque artibus vñ sunt Turcæ, quibus, trecentorum annorum spacio, domus Ottomanica sibi maximorum regnorum dominium paravit, id que ab Anno 1500, ad hoc tempus usque, ferè duplicavit.

R E G I M E N.

OTtonorum Regimen est planè Despoticum. Magnus enim Turca adeò absolutè Dominus rerum omnium, intra fines sui domini contentarum est, vt incolæ se sua mancipia, non subditos nuncupent. Nec sui quisquam iuris est, multoque minus domus, quam inhabitat; aut terræ, quam colit, dōminus est, exceptis aliquibus familijs, in Constantinopoli, quibus præmij loco, & privilegio, id concessum, à Mahumete secundo fuit. Nec aliquis adeò magnus est, vt de vitâ, non dico de fortunis, aut statu, in quo est, securus sit, nisi quādiū Magno Dōmino id gratum est. In hoc adeò pleno dominio, conservat se Turca, duobus medijs: Auferendo nempe subditis arma: Deinde poneendo omnia in manu Apostatarum, quos in ipsorum pueritia,

MAGNVS TVRCA.

pueritia, tāquam decimas accipit 14. Hac arte duo bona conse-
quuntur: Primum est, quod Prouincias flore nervoque virorum
spoliat, deliguntur enim iuuenes robustiores, armisque aptio-
res: Alterum, quod his seipsum armat, securumq; facit: laniza-
ti enim gremio parentum, in pueritia crepti, huiusque aut il-
lius curæ traditi, prius quād id advertant euadunt Māhumeta-
ni, nec amplius patrem aut matrem agnoscentes dependent
prorsus à Magnodomo, qui eos pascit fovetque: Expectant
itaque ab eō omnia, illaque acceptum illiferunt.

V I R E S

Turcæ robur consistit in equitatu, peditatu, classib; cōme-
tu, pecunijs. Quod ad pecunias attinet, cōmuini opinione
receptum est ipsum plus minus octo Millions aureorum or-
dinarij reditus habere, Er si autem videri possit, ipsum ex adeo
amplio Imperio multo ampliores Reditus percipere posse,
id tamen non fit, quod Turcæ nihil aliud in animo habeant,
nec alterius rei curam gerant quam armorum, quæ sua natura
ad excindendum destruendumque, quam ad conseruandum
ditandumque Prouincias aptiora sunt. Turcæ quoque, vt ex-
ercitus conservent, suasque expeditiones continent, ita spo-
liant populos, vt vix ipsorum sustentationi necessaria eis relin-
quant: Subditi itaque desperantes se commoditatibus, multo
minus opibus (quas labore industriaque sibi parare possent)
fruituros, agricultura commercioq; ulterius non incumbunt,
quam eis opus est, imò quam ipsa necessitas flagitat. Quid e-
nim prodesset sementem facere quam alius meteret? Metere,
quod alius abs sumpturus esset? Itaq; in ditionibus domus Otto-
manicae visuntur siluae immenses, omnia vbiique vasta paucissi-
mæ civitates populo frequentes, potissimaque agrorum pars
desertaiacet. In nostris regionibus ex populi frequentia ori-
tur annonæ caritas, in Turcia autē ex hominum penuria. Max-
xima rusticorum pars moritur ducendo commeatum aliasque
res necessarias, in itineribus quoq; per quæ tendunt exercitus:
In classib; etiam, nam ex decē remigum millibus qui de do-
mo sua revelluntur, vt plurimum non revertitur quarta pars?
Pereunt in commodiatiib; mutationib; aëris, laboribus:
Idque tanto plus accidit, quod quum Tufçœ classes hyeme sem-

MAGNVS TVRCA.

per exarment: itaque remiges epibatæq; nunquam mari eiusq; incommodis assuecant. Mercatura deinde omneq; fere commercum est in manibus Iudeorum aut Christianorum Europæ, Epidauriorum, Venetorum, Francorum, Anglorum. In tanta ditione quantam Turcæ in Europa habent, non est alia mercimonij celebris civitas præter Constantinopolim Capham, & Thessalonicam. In Asia, quam Alepum, Damascus, Tripolis, Adena: In Africa Alkayrum, Alexandria, Algerium. Reditus suppeditat agricultura, eadem artificijs materiam præbet. Artificia mercaturam instruunt: deficiente autem agricultura, deficiunt omnia. Etsi autem ordinarij Turcæ reditus eò, quod diximus, maiores non sint, extraordinarij tamē magni faciēdi sūt, præcipue confiscationes & donativa. Bassæ enim aliquæ ministri Turcæ exsugunt tanquam harpyæ sanguinem subditorum, accumulantque Thesauros inestimabiles, qui, ut plurimū, Fisco Magnidomini cednūt. Existimatur Abrahimum, Bassam, Alkeyro avexisse valorem sex Millionum; multo maiorem summam habebat Mahumetes Visir. Occhiali, preter alias dignitias tria mancipiorum millia possidebat. Sultana soror Se-lymi secundi, percipiebat quolibet die bis mille & quingentos Zecchinos, incepitq; ad peregrinorum cum modirarem A quæductum ab Alcayro Mecam usq; tie: Opus profectō immensum Magnidomino facile est occasionem atripere ut cuivis pro libito yitam cum bonis auferat. Donaria ad magnam summam accedunt: Nemo enim legatus, coram ipso compatere potest absque donis. Nemo aliquod mutus, aut dignitatem ommentosam speret, nisi pecunia adsit: Nullus à provicia cui præfuit, aut ab expeditione quam confeicit, vacuis manibus in conspectum tanti Principis venit, nec tam potenti Principi dantur Teruncij. Vaivode Moldaviae V Valachiæ, Transsiluaniae, conservant se in suis Principerū vi donatiuorum, mutanturq; quod tidie Vaivodæ V Valachiæ & Moldaviæ, dantur enim Principatus plus offerentibus qui ut præstent quod obtulerunt, opprimunt populos, rediguntq; ad inopiam Provincias. Nihilominus vidimus bellum Persicum exhaustissime Turcæ Aeraria, & eius Thesaurus consumptissime. Annis postremò elapsis tñ Constantinopoli, tum per omne Imperium Tüticum crevit supra quam

M A G N V S T V R C A.

quam credi potest, precium Auri, ita ut Aureus duplo plus quam prius valuerit, materiaq; auri argenteique adulterata adeò fuit, ut Ianizzaris occasionem ignem civitati Constantinopolitanæ iniiciendi, pavoremq; Magnodomino, nō solum alijs incendi præbuerit. In urbe Alepo mutuum 60 milliū aureorum nomine Magni domini mercatoribus petitum fuit. Quamvis autem Turcæ Reditus non tam magni sunt, quam amplitudo Imperij & regionum fertilitas exigere videri posset, habet tamen in sua ditione fructum maioris valoris quam sunt ipsi Reditus, nempe multitudinem Timarrorum, vel Feudorum vendicant enim sibi Principes Ottomani agros, quos bello hostibus auferunt, prioribusq; dominis talem partem, (exiguam aut nullam) propté ipsius visum est relinquentes, reliquum in Timarra quæ sunt tanquam Commendæ repartuntur, aut dant agros benemeritis militibus dum vivunt, ea lege atque condicione, ut aliquot equos in belli vsus paratos alant. In eo sita est omnis prudensia Turcarum, & cura quæ de conservando Imperio habent: Nisi enim hac ratione militibus telluris colendæ, propter utilitatem, quæ ex ea sperant, cura demandaretur, omnia vasta jacerent: Ipsimet Turcæ solent dicere, quod ubi Magnidomini equus pedem ponit, ibidem amplius herba non crescat, his Timarris 150 millia equitum parata tenet, qui armis probè instructi, eo tendunt quo Princeps iubet, nec ipse vel Teruncium expendit. Tam magnus equitatus, minoris 14. aureorum Millionibus nutriti non posset. Mirandum itaque, quod aliqui Reditus Turcarum cum Christianorum Retidibus conferentes, tanti membra opum Ottomanicarum nullam faciat mentionem. fertur Turcam, bello quod cum Persa gessit, tantum sibi terræ subiecisse, ut 40. Timarrorum millia in ea exercerit, institueritque nouū Gazophylacium Taurisii, vnde aureorum Millio ad ipsum redit Institutio Timarrorum & delectus Azomoglanorū (ita vocant iuuenes qui educantur ut fiant Ianizari) sunt duo præcipua columnæ imperij Turcici. Vtrumque ad imitationem Romanorum institutum videtur: Romani enim Imperatores ytebantur suis subditis ad bella, constabatque ex ijs exercitus Prætorianus, qui nunquam ab Imperatori latere discedebat. Tacitus docet selectionem iuuenū, quæ ad hunc

MAGNVS TVRCA.

ad hunc finem fiebat, Batavis rebellandi occasionem dedit. In Imperio Romano dabantur Timarra militibus in Vsum fructum, & in compensationem bene & fortiter factorum, dicebanturq; Beneficia, & qui ijs fruebantur Beneficiarij. Alexander Severus concessit heredibus militum, vt ijs beneficijs frui possent, ea tamē conditione, vt militarent, aliās nō. Constantinus Magnus, dedit suis Capitanis de se bene meritis, hereditarios agros qui haec tenus vitatenus tantūm cōcedebantur. Feudā in Francia, ex tēporarijs perpetua facta sunt regnantibus vltimis Regibus Karolovingijs. Dic̄tus equitatus Turcicus, duos effectus valde egregios in Imperio Turcico facit: Vnus est quod subditos tanquā freno ita cohercit, vt nō tam citò se movere possent, quin hos sicut tot Falcones, in cervicibus habere rent: sunt enim in hoc pertotum imperium divisi. Alius effactus est, quod vna eorū pars (dum altera ad continentos retinendosq; in officio populos domi manet) semper ad eas quæ occurruunt expeditiones parata est. Est igitur pro præsidio Imperij, ad coercēdos tumultus qui oriri possent, & pro præcipuo belli nervo. Præter eum equitatum habet Turca penes se bonū equitum numerum quibus, stipendia pendit, ijin Spachi, Vlufagi, Catipici dividuntur, suntque tanquam Seminaria ministrorum & Præfectorum Imperij: Inde enim ordinarie sumuntur Bassæ, Beglerbegi, Sangiaci. Præter hos sunt Alcanzi & auxiliarij Tartari, Vvalachi, Moldavi. Altera Viriū pars est pedatus qui in Ianizzaris consistit: in ijs duo considerantur nempe natio & specialis dexteritas in armis. Quod ad nationem attinet ordinarie non inscribuntur albo Ianizzarorum ex Asia oriundi, sed ex Europa. Habent enim illos pro mollioribus, si- cut semper fuere & magis pronos ad fugiendum, quam ad strenuè pugnandum: Europæ populi autem semper pro bellatoribus pugnacibusque habitu fuere In Oriente, Asiatici milites Turcae, nomine nationis Turcae vocantur: Europæ autem dicuntur Rumi, id est Romani. Quod ad dexteritatem attinet, feliguntur pueri, in quibus maiora indieia roboris, agilitatis & audaciæ apparent: Hæ enim tres qualitates in milite requiruntur. Delectus quoquo tertio anno fit, nisi necessitas eum citius

sup. omnia inveniuntur. Tercium enim annum, ut etiam in exercitu

MAGNVS TVRCA.

citius fieri urgeat, sicut bello Persico accidit, quo bello, non
solum frequentior delectus habitus est, sed etiam Azomogla-
nis Turcicis usi sunt, quod nunquam antea fieri solitum erat.
Quum iij iuuenes Constantinopolim adducti sunt, iustratur ab
Aga, qui nomine iuuenis, quo patre & ex qua patria sit in tabulas
refert. Eorum deinde pars in Asiam Minorem (nunc Natolia
dicitur) & in alias provincias mittitur, ubi linguam & legem ad-
discendo, imbuuntur vitijs & moribus eorum, cum quibus de-
gunt, evaduntque id non animadvententes, Mahumetani. Alia
pars distribuitur per Septa (qua Turcae Serraglia vocant) qua
Magnus dominus Constantinopoli & Peræ habet: Aspectu pul-
chriores meliusq; compositi destinantur Cosepto Magni Principis.
Toto e tempore quo iij iuuenes Azomoglianii vocan-
tut, non habent certum Praefectum, nec occupantur præ-
scriptis exercitijs sed hic operam navat colendis hortis,
ille fabricis, aliis seruicijs domesticis similibusque alijs re-
bus. Post certum tempus revocantur in Concepta Azomo-
gianorum (ita vocantur toto tempore donec albo Ianizza-
rorum inscribantur) tradunturque Praefectis, qui eos ope-
ris manuarijs laboribusque exercent, habenturque satis
male quo ad victum amictumque: dormiunt in spaciois
aedificijs, dormitorij Religiosorum similibus in quibus
luminaria ardentia custodesque sunt, sine quorum permisso-
ne se loco movere non debent. Arcu Sclopetoque fetire dis-
cunt, cumque in exercitio aliquem habent usum, adscri-
buntur numero Ianizzarorum aut Spachiorum: Illi non mi-
nusquam quinque, nec amplius quam octo Asperos mone-
te (genus est) percipiunt: hi decem. In album Ianizzarorum
adscripti in bella aut in praesidia eunt, aut manent ad portam
hi ultimi habent pro sua habitatione tria loca amplissima, si-
c ut monasteria. Vivunt ibi de sub suis Praefectis classis, minores
que inserviunt maioribus in expendendo, coquendo simila-
que ministeria. obeundo cum magna obedientia & silen-
tio. Qui unius classis sunt, vivunt in communi ad unam
mensam dormiunt in atrijs longissimis. Si aliquis per occa-
sionem absque venia foris pernoctasset, sequenti vespera
egregie

MAGNVS TYRCA.

egregiè vapulat, tanta cum disciplina, vt posteaquam vapula-
uit siuuarum more manus sui Præfecti deosculentur. Gaudent
Ianizzari multis priuilegijs, honorantur quamvis sint insolentio-
res timenturque ab omnibus: In profectionibus aut itineri-
bus depredanrur casas & domos Christianorum nec vel verbo
contra mutire licet: Dum quid emunt pretiū pro libito rebus
dicunt: A nullo quam ab Aga iudicari possunt, nec plectuntur
extremo suppicio citra periculum sedirionis, ideoq; id raro &
valde secreto fit. Mille Regalia habent: Aliqui ex eorum nu-
mero adjunguntur Legatis custodiendis: Alij dantur peregre
proficiscentibus maximè cum sunt honestæ condicionis, vt se-
curi sint in ditione Turcica, recipiuntque Ianizzari bonas Stre-
nas: Eorum est electio Principis, nisi enim ipsi Magnum domi-
num approbent aut proclament, creatus esse dici non potest.
Vnusquisque Princeps adeptus Imperium dat eis aliquod Do-
natuum augetque stipendum. In graui bello egreditur eorum
pars cum ipiorum Aga aut suo Legato, vltimique omniū con-
fligunt. Apud Turcas Munus cui plures invideant nō est quām
Aga: Ipse & Beglerbegus Græcie soli non eligunt legatos, sed
Magnus dominus nominat eos Aga Ianizzarorū nihil ceriiori
exitio esse potest quām eximius Ianizzarorū favor. Numerus
Ianizzarorum est à duo decim ad quatuor supra decem millia.
Hæc militia nostro tempore multum eviluit quia etiam Turcæ
in Ianizzaros assumuntur sicut & Asiatici quum primùm non
alij quām Christiani Europæ admitterentur: Deinde quia
vxores ducunt, præter antiquum morem, nec id ipsis vetitum
est. Propter longam moram quam Constantinopoli, (qua nō
alia vrbs magis est delicijs dedita) multum viluerunt segno-
res insolentes Immo intolerabiles evaserūt. Dicitur comuni-
ter robur Turcicum consistere in hac militia Ianizzarorū: sed
alibi ostensum est hoc esse falsissimum. Præter Ianizzaros ha-
bet Magnus dominus Azappos pediatrū vilem qui plus Ligo-
ne quam enīc vtitur, magisq; ad hostes multitudine delassan-
dos quām ad eos virtute superandos conductus, solentq; Ianiz-
zari. Asaporū cadaveribus fossas implere, ijsq; vti pro scalis
quibus hostium muros scandunt. Sicut autem Romani habe-
bant milites legionarios & auxiliarios (quorum illi præcipui,
nervi

MAGNVS TVRCA.

nervi suę militię, hi autem velut additamen vel austariū erant) ita & Turca equitatum, quem stipendiarium habet, & Timarriottas pro robore exercitus estimat: Alcanzos pro accidentali: Ianizzaros tanquam Legionem prætoriam, Azappos tanquam numerum ducit. Sed tempus est ut duo verba de armatura natiali dicamus. Primo non est Princeps, qui maiorem opportunitatem habeat instruendi classes quam Turca, siluae eum Epiri & Cilicię, sed plus alia Nicomedię & Arapézuntinę tam magnę ac densę sunt, plenęq; altis arboribus fabricandis omnis generis nauibus aptissimis ut creditū difficile sit. Imò videntur Tritemes quasi iā fabricatæ sponte de siluis Nicomedię in Pontum Euxium cadere. Nec desunt Fabri ad copiam illam lignorum elaborandam. auaritia enim trahit in sua Armata etiam fabros Christianos. anno sequenti, post illam cladem quam ad Echimadas acceperat, eduxit classem, quæ nostræ occurrere verita non est. Nec unquam Turcæ bonus numerus hominum mati expertorum defuit. Ex Tritemibus enim quas pro custodia in Lesbo, Rhodo, Cypro Alexandria habet: Et quod suis Portibus Tune, Bugię & Algierę piratas recipit, potest ex ijs dum opus est, Capitancos & robur ministrorum nautarum & remigum suis classibus eligere. Quid præstare possit, vi sum est nostro tempore in classibus quas habuit ad Meliten, ad Echimadas & ad Guletam. Habet præterea apparatu bellorum maximam copiam: Tormenta innumera sunt: Ex Hungaria abduxit quinque tormentorum bellicorum millia: Quingenta eorum acquisiuit in Cypro: Gulosæ paulò minus. Turcos sunt tormenta adeo immensa magnitudinis, ut strepitus, non ictus tantum muros demoliat. tantum commeat, pulueris pyrij & globorum habent, quantum ad Meliten ostenderunt vbi explosa sunt plus quam 60. globorum millia: Fama auguste 118. millia: Guletę 39. dierū spacio furore impetuque tormentorum demoliti sunt fortificationes à nostris 40. annorum spacio factas. Ultimo bello Persico, ducebat Olsmanus generalis turcarum quingenta tormenta campestria. Quatiunt mœnia munitionum tot tormentis, continuantque tanto tempore tantaque cum vehementia, ut omnia sol oœquent. Vbi vim nō faciunt tormenta vtuntur Bipennibus, vbi hæ locum

MAGNVS TVRCA.

locum non habet, impletū sōfas ligone & Battillo: Si nech hoc sufficit, implent eas cādaueribus suorum militum. Tria habent Turcæ quæ neminem non terrent: Multitudinem hominum insuperabilem, disciplinam militarem imperturbabilem, Cōmeatuum copiam infinitam. Multitudo sua natura parere con fusionem solet, & ordinariē cessere magni exercitus parvis. Sed multitudo frequentiaque virorum in exercitibus Turcicis tanto cum ordine graditur, vt & solo ordine minorem superet, qui tamen facilius in ordinem disponi potest, quā in exercitus immodicus, ita vt & numero & arte vincant Turcæ. Eorum disciplina militaris adeò probè ordinata est, vt ea in re ne Romanus quidem, nedum alijs cedant. Consistit autem eorum disciplina militaris in pluribus rebus: In parsimonia, sustentant enim se modico panis sub cineribus cocti & Oryza cum pulucre carnis ad solem desiccatae. Prohibentur vino, sicut quondam Carthaginenses: Decem Turcæ habent in castris vnum Decurionem, cui sine refragratione obtemperant: In ipsorum castris nec vna forminā videre est. Est ibi silentiū mirabile. Tot enim milites reguntur signis manuum & vultus citra verba: Ne nocti strep̄ rum faciant, patiuntur aliquādo effugere captiuos: In primis pūnū trixas & furtā: Quando progrediuntur exercitus, non a deren excurrere in vineas aut agros: Contemnunt mortem, creduntq̄ue eām fato inevitabili contingere. Strenuos prēmia, ignuos certa pœna manet: Nunquam disponuntur per vrbes, nec ijs conceditur in ijs pernoctare: Ut exercitati sint milites, solent Principes Ottomani ferè semper aliquid belligerari, vt disciplina militaris nō intermittatur. Quā autem disciplina militaris armis apparatuq̄ue bellico destituta nihil sit, gigas enim quātum vis ferox, sed inermis à puero armato vinci posset, Turca in bella tendit tanta cum machinariū & instrumentorū bellicorū apparatu, eorumq̄ue omnium, quæ corum tractationi vñique necessaria sunt, vt nullius alterius rei curā habere videatur. Id cognoscet is, qui rūnas considerabit, quas eorum vires fecere, vbi eas explicuerūt.

PRINCIPES FINITIMI.

Turcæ ad ortum contermini sunt Persis, secundūm lineam,
quæ

MAGNVS TVRCA.

imaginariè duci debet à Tauriso ad Balsaram vsq; Lusitanis ad Sinum Persicum: Ad Meridiem eisdem Lusitanis: Ad mare rubrum Presbytero Iohanni: Ad occasum Serifo, & regno Nea politano: ad Septentriones Polonis & Familiæ Austriacæ. Cū Persis belligerando absque dubio Magnus Turca superior est: Mahumetes enim secundus vicit Vissucaßanum: Selimus primus, & deinde Solmanus eius filius in fugam egerunt Ismaelē & Tamaskum: Amurates tertius per suos Capitaneos abstulit Persis totam Mediam, Armeniam maiorem, & ciuitatem Regiam Taurisium. Quod prævalet consistit in peditatu, quo Persa caret: In tormentis bellicis & munitionibus, quorum Persa nec copiam nec usum habet. Quamvis autem Persæ strenuitate equitatus aliquando in aperto campo Turcas superaverint, tamen semper terram perdidérunt: Solimanus abstulit eis Mesopotamiam. Amurathes Medium. Nec Persæ solum damnū passi sunt, amiseruntque sua, sed & eorum socij. Selimus primus spoliauit Mamaluchos Aegypto & Syria: Amurathes tertius destruxit propè in totum Georgianos confederatos Sophy. Turca cum Lusitanis belligerando multò inferior est: Rationes enim cum ipsis decertandi consistunt in viribus navalibus, quibus Lusitani intantum Turca superiores sunt, quantum Oceanus Indicus, Sinu Persico, & mari rubro maiorest. Habent Lusitani in India loca & Portus, addam ditiones & dominia, ligno, commeatu, omniisque apparatu nautico referta. Nec desunt eis potentes Principes auxiliares. E contrariò Turcani nihil munitum habet in Sinu Persico præter Balsaram. Ora Arabiæ qua vti posset, non habet plus quam quatuor opida, satis infirma, & parvæ estimationis: Itaque hic sicut & in mari rubro classem armare valde difficile est, quod regio prorsus ligno fabricandis navibus idoneo, caret. Vnde illis paucis vicibus, qui bus classes in mari rubro instruxit (quum hoc in Sinu Persico minus facere possit) necesse habuit materiam fabricandis navibus ex Portibus Bythiniæ & Ciliciæ per Nilum Alkayrum devchere, vnde dorsis Camelorū Suez (quæ olim Heroū ciuitas dicta fuit) delata est, vbi Armamentariū habet. Quoties Turca expeditiones aduersus Lusitanos suscepit, nihil præter dedecus &

MAGNVS TVRCA.

damnum retulit, nimis Anno 1538. ad civitatem Diuim
Anno 1552. ad insulam Armuzium: Anno 1550. ad Mombazam, vbi quatuor triremes & una Galeotta Turcica, quæ Fa-
uore Regis Mombazæ eo in mari manere constituerant, captae
fuerunt. Lusitani in id summè incumbunt, carentque, ne Tur-
cæ eo in mari pedem figant, & quam primùm odorati sunt, Tur-
cas classem adornare, mox ipsos aggrediuntur, ideoque sæpo
in mare rubrum absq; resistentia penetrarunt. Presbytero Io-
hanni in bello prevalet Turca, ducibus, militibus, armis &
munitionibus. Ille siquidem Princeps, habet ditionem abs-
que munitionibus, & milites absque armis. Barnagasso e-
nim eius Vicarius ad mare rubrum, amisit vniuersam Oram
maritimam, eoque redactus est, vt tributum Turcæ pendere
promiserit, vt cum eo pacem haberet. In Africa habet qui-
dem Turca plures regiones, quām Serifus: occupat enim id o-
mne, quod inter mare rubrum, & Velez de la Gomera opidum
est: Sed Serifus partem meliorem, diiorem fortioriisque ma-
gisque vnitam habet. Sed nemo ipsorum, alteri bellum inferre
audet propter Regis Catholici vicinitatem. Residui sunt Prin-
cipes Christiani, qui Turcis contermini sunt. Primus est Polo-
niæ Rcx: quid hi Principes cōtra se invicem possint, visum fuit
in expeditionibus præteritis: Ab una parte videtur Turca time-
re arma Polonica: diversis enim occasionibus provocatus, nē-
pē regnante Henrico tertio, bello quod Ionia, Voivoda, Va-
lachię cum Turcis gessit, quo bello multi equites Poloni Ivo-
niæ militarunt, & regnante Sigismundo tertio excursionibus
Kosacorum, & in motu Iohannis Zamoischi generalis regni
Poloniæ, non vindicavit, nec solita superbia vlcisci iniurias co-
natus est. Ab alia parte Poloni post expeditionem Regis La-
dislai, non solum nullam expeditionem adversus Turcas sus-
cepserunt, sed nec Valachis, (qui federe eis iuncti erant, auxiliū
tulerunt, sibi que quod ad mare Euxinum habebant, eripi passi-
sunt: sed Regum Poloniæ potius, quam nobilium eius regni
pusillanimitate id accidit. Sigismundus primus à Leone deci-
mo ad bellum aduersus Turcas invitatus . Quid multis opus
est.

MAGNVS TVRCA.

est dixit. Fac Principes Christiani concordes sint, ego pro mea parte non deero. Sigismundus secundus, mente à bello adeò aliena fuit, vt non solum Turcas aggressus non fuerit, sed nec à Moscis irritatus, vindictam sumere tentarit. Rex Stephanus potentia suorum vicinorum non iniquis estimator, iudicabat cum Turca manus conserere, rem esse periculosisssimam: attamen cum familiaribus sermones habens, dicebat sc̄, cum 30 peditum millibus quos equitatui Polonico iungeret facile expeditionem in Turcam suscepitrum fuisse, idque meditati quodammodo videbatur. Principes Austriaci longiore terrarum tractu, quām illus alius Princeps Turcæ contermini sunt, expenduntque in præsidia arcium (in quibus cum equitum, tum peditum plus quam viginti millia habent) maiorem suorum Reddituum partem, auxilioque Germanico suis viribus coniuncto, magis ad defendendum sua, quām amissa recuperandū, imperiumque dilatandum attenti fuerunt. Ferdinandus Austriacus, maiore robore quām successu, expeditionem Budanam & Possegensem suscepit. Accidit id, non quod eius vires non satis firmè valideque essent, sed quod agilitate dexteritate, que carerent: Id volo, Eius Principis exercitus numerosos, omnibusque rebus probè quidem instructos fuisse, sed constitisse ex Germanis & Bohemis, gentibus tardis, lentis, parumque i-doneis ad resistendum Turcis, qui in factionibus bellicis expediti dextriique sunt. Veneti sunt quoque Turcis mari & terra, per multa centena miliaria finiti mi: Tuentur seipso aduersus Turcas magis pacis quām belli artibus, egregiè muniendo sua loca, fugiendo pericula & expensas belli, Commercio, Donarijs: denique, nihil non faciendo, ne ad manus veniatur saluis libertate & statu. Dicam quod res est. Quamvis eis pecunia cum bellico apparatu sufficiente suppeteret, desunt tamen milites & commeatus tanto bello pares. Reliquis est Rex Catholicus, inter cuius & Ottomanicas vires, non est magna estimationis differentia. Regis Redditus (loquor de ijs quos in Europa habet) excedunt Redditus Turcæ: Accipit enim

MAGNVS TVRCA.

enim plus quā Auri Millions ex ditionibus, quas in Italia & Sicilia habet: Plus quā duos ex Lusitania: Ex Terris Novis plus minus quā tres Millions, vnum annum pro altero estimando. Hæ Accepti partes æquāt Redditus Turcæ: Est aut illo longe superioris ijs iungantur ordinarij Redditus Castiliæ, Arragoniæ Belgij: Sed quid reperies (dicet aliquis) quod Timarris opponi possit? Primum, quod Regis Redditus Turcicos longè excedunt, suntque eis multò maiores: Deinde subsidia quæ Rex extraordinariè immo magna ex parte ordinariè (ita enim dici potest) percipit à suis populis, nem pè Crucifera (vt vocant) quæ ipsi, quantum vnius Regni Redditus sunt, reddit: Subsidia Ecclesiæ, quibus ipse centum fortis Triremes sustinere potest: Caduca officia, quæ in Hispania & Regno Neapolitano multò plus reddunt quam quis credere posset: Donaria ordinaria populum & extraordinaria: Regnum Neapolitanum dat quoquo tertio anno plus minus uno Millione, & ducenta aureorum millia, quæ summa non est parvæ considerationis, Sicilia, Sardinia, ducatus Mediolanensis, Castilia & aliae sua ditiones, etiam Novus Orbis, mittit suis temporibus magnifica donaria. Quid dicemus de Cōtributionibus? Castilia anno clapo Regi contributionem octo millionum Aureorum quatuor annis persoluendā cōcessit, quæ summa, totius Imperij Turcici censum vnius anni æquat: Relinquo numerum Commendarum ordinum Montegiæ, Calatravæ, Alcantara, Sancto Iacobi, que ipsi, quāvis nihil amplius haberet, sufficere possent: Rex tanquam dicatorum Ordinum magnus Magister, media habet ad suos ministros, famulos, & quos ipsi placet, remunerandos ditandosq; ac si Rex Angliæ ac Poloniæ esset. Addo supradictis partib. magnum equitatus numerū, quē ordinariè in suis ditionibus alit: In Hispania nem pè tria millia: Tantundem Cataphractos & equitū levis armatura in Belgio: In ducatu Mediolanensi 400 Cataphractos, & mille equites levioris armatura: In regno Neapolitano mille & quingentos equites Cataphractos, quod maius robur militiæ Italicae est: Militiæ numerus in Sicilia est 1500: equitum: Nec parvi fieri debet obligatio, quā Feudatarij, necessitate urgente, suis expensis, defendendo personaliter ser-

MAGNVS TVRCA.


vire tenentur : maximè si consideretur magnus Feudatario-
rum numerus & Titulosorum Hispaniæ , in qua numerantur
23. Duces, 32. Marchiones, 49. Vicecomites, 7. Archiepiscopi
(contribuant enim hi suam quotam, tanquam potentes domi-
ni) 33; Episcopii: In regno autem Neapolitano sunt 14. Princi-
pes, 25. Duces, 37. Marchiones, 54. Comites, 448. Barones, ut ni-
hil dicatur de Lusitania, Sicilia, Belgio, Sardinia, Mediolano.
Prætermitti non debet, quod equitatus , cui Turca Timarra
concessit, non tam robore quam numero præstat : Iimarra e-
nim & commoditates villarum & prediorum ipsis concessio-
rum, Studiumq; seipso ditandi locupletandi q; fructibus agro-
rum, ignaviores, viliores, pacisque & otij; plus quam belli &
turbarum cupidos eos reddit. Aegre ab ædibus à vellitur, pro-
ficiunturq; in expeditiones, maiore cum desiderio domum
redeundi, fruendique delicijs hortorum, & fructuum suarum
possessionum copia; quam configendi cum hostibus, aut se di-
tandi ipsorum spoliis: Si aliquantulum preda armis partæ mi-
litæ quamvis feroce fortisque ignavos & vecordesque reddit,
quid faciet magna possessio ; amœna Villa, dives prædium, v-
xor liberique domi relikti : Taceo quod equitatus, quem Tur-
ca Timaris sustentat, potius populis subiugatis tanquam fre-
no coercendis institutus est, quam hostibus infestandis: Subdi-
ti enim Turcæ, vi sub eius imperio continentur, habent eum
odio, detestanturque eum ob religionem contrariam & imperi-
um quod in ipsis habet : propter religionem Mauri & Ara-
bes, qui sectis diversis addicti sunt: Propter religionem & im-
perium simul Christiani, qui plus quam diu astertas partes eius
subditorum conficiunt . Ob id , illius numerosi equitatus
maior pars, domi maneat necessaria est, nec sine Status regni pe-
riculo domo abduciri potest: Est denique is equitatus tanto re-
gionum spacio hac illac diuisus, ut magno numero, in magnâ
expeditionem educi non possit: Nec diu in casu longe à domo,
persestare potest, quin in miseriam & calamitatem incidat, si a-
liud auxilium, quam quod ab Timarris habet, non recipere.
Erum præteriorum experientia quandam equalitatem vi-
rium horum Principum esse docuit : Iactura enim classis Ca-
tholicæ


MAGNVS TVRCA.

tholicæ ad Zerbi insulam , opponitur fugæ classis Turcicæ à Melite insula : Amissio Gulettæ, opponitur expugnationi Pernoni Velez : Tunetum semper cepit is qui voluit . Rex Catholicus nullam notatum dignam expeditionē in Turcam suscepit , sed defendit se strenue ad Meliten & Oranum . Nihil dicam de clade classis Turcicæ ad Echinades , quod ibi alij Principes partem habuerint . Tractatum fuit vtrinque de inducijs pro aliquot annis inter Regem & Turcam . Vterque ad æquè fuit occupatus . Vnus in Persia alter in Belgio , id in causa fuit , vt se invicem expeditis viribus non potuerint impetrere . Bella (de quibus diximus , ambobus , propter regionum longinquitatem , extremæ impensæ fuerunt , sed magis Regi quam Turcæ . Quamvis enim Persia longe Constantinopoli (vnde maxima virium pars mittebatur) distet , est tamen contermina Mesopotamiæ & alijs Turcæ ditionibus , vnde suus exercitus commeatu & pecunijs instruebatur : Sed Belgium , ab alijs Regis ditionibus magno spacio distat . Turcæ , nisi cum Persa amicis destituto , res fuit , Regi autem uno eodemq; tempore , cum rebellibus Francis , Anglis & Germanis (quæ nationes Persis potentia inferiores non sunt) configendum fuit :

Nec vñquam Turcam aggressus est , quin aliud bellum , nunc in Belgio , nunc alia in parte continenter gesserit .

F I N I S.





REX FRANCIAE.



Onsiderabimus regnum Franciæ sicut erat, quando prorsus vnitum, alium præter suum Regem agnoscēbat neminem. Fluctuat enim id nūc, pelagi instar, quod plures interque se contrarij venti exagitant, tumultuaturque adeo, vt eius restitutio citius optari, quam sperari possit: nisi enim bella ciuilia in ipso initio componantur, nunquam finem habent, nisi alterius partis excidio & ruina Status: Difficulter autē fieri potest, vt vna pars in Francia alteram opprimat. Ut autem ad institutum reuertamur: habet Francia de qua agimus pro terminis Alpes, qui ipsam ab Italia diuidunt: Rhodanus separat ipsam à Sabaudia: Araris à Sebusianis & Heduis: Mosella fluuius, à Lotharingia, & Ducatu Lucemburgēsi: Aa riuulus Flandriæ, à latere Occidētali est: Franciæ Ad Meridiem mare Mediterraneum est & Pyrenei montes: Ad Occasum Oceanus: ad Septentriones, mare Britanicū. Extēdit se in latere Meridionali Septentrionē versus, à Lotharingia Caletum vsq; spacio quasi 200. Ieucarum Francicarum, dilatatque se paulo minus inter Oratum & Occasum, à flumine Varo, ad Paurum vsque: Restringit se tamen tanto magis, quanto plus Septemtrioni accedit: Eius minima latitudo est inter Caletū & Britanniæ Promontorium. Figura eius inter quadratum & rotundum est, ideoq; multo capacius, quam quispiam arbitretur. Continet Prouincias amplissimas, sed præcipue sunt Picardia, Normannia, Britannia, Francia, Campania, Burgundia, Aruernia, Delphinatus, Prouincia: Nec sunt tamen contemnendæ Bria, Beelsia, Turonia, Andegauensis Ducatus Santonia, Biturigum Ducatus & aliæ. Initium eius est in 42. gradu, experiturque tales aëris diversitatem, vt pars quæ ad mare Mediterraneum est, (vbi sunt Languedocia, & Prouincia) producat omne fructuum genus quod dat Italia: Ea autem quæ ad Mare Britanicum est (vbi sunt Britannia, Normannia & Picardiæ pars) vinum non profert: reliquum regni abundat, plus quam credi possit, omni Europe fructuū genere, exceptis oliuis, ficubus & similibus. Aëris

A

benigni-

benignitas, bonitati terræ, & fluuiorū oportunitati coniuncta, adeo propitia commodaque est productione frugum, omnis que generis animalium, ut ea in re, Francia omnes alias Europæ partes superet: Inter montes enim Aruernie, & Delphinatus & nostrum mare Aër adeo temperatus est, frigore montium, perpetua ferè niue opertorum, & leni aura marina, vt ob oculos ponat coeli benignitatem, qua gaudet ora Genuensis: Ab alia autem parte, sunt Montes Pyrenei valli loco, aduersus frigus, quod retunditur perditque suam rigiditatem. Ipsi montes abundant vndeque balneis & venis aquæ calidæ: Venti Septentrionales, qui, sicut communis opinio fert, aërem refrigerare deberent, non sunt ibi adeò gelidi, sicut alijs locis. capiunt enim venti partem naturæ locorum per quæ transeunt: Si transeunt per montes niuosos, adferunt secum frigus illorum montium: Si per stagna, inficiuntur: Si per silvas, corrumpuntur: Si per regiones arena obsitas, incalscunt: Si per lacus aut mare, refrigerant Accedit hinc, vt venti Panormi in Sicilia sint extreme calidi: Antequam enim in eo perueniunt, verrunt campos Siciliæ, accipiunt eorum calorem, feruntque eum in dictam ciuitatem. Notus est frigidus Genuæ, quod antequam eo pertingat, mare transit, nec attingit terram, recipitque maris frigiditatem: Aquilo autem, qui per Franciam spirat, venit à Mari, quod sua salinitate caloris aliquid habet, nec impingens in montes glacie aut niue obductos, exerit se, curritque per cæpos Normanniæ, Campaniæ, Franciæ, aliarum Prouinciarum, ad montes Aruerniæ usque: Aptior itaque est Aquilo temperandæ montium frigiditati, quam vt perdat suam temperiem. Iij montes itaque, à ventis Meridionalibus ab uno, & à ventis à Septentrione flantibus, ab alio latere excalefacti, producunt vndiq; optima pascua, aluntq; magnum Armentorum, & gregum numerum: herbas quoque medicinæ commodas, & simplicia perfectissima: Inter multos illorum montium ramos, est unus, qui mons Aureus dicitur, propter herbarum copiam, & simplicium nobilitatem. Horum omnium nos Anglia certos reddit: Quamuis enim ipsa, magis ad Septentriones vergat quam Francia, quod tamen nullos montes, mare autem vndeque habet, est ibi Aër satis temperatus: Multo autem temperatior

ratiō est Francia', quod à Polo longius absit: Docent id vites, qui in Anglia non maturescunt: Reddunt autem Vites in Francia via perfectissima , acciditque s̄epe ', vt ventus marinus à Septentrione, aut ab Occasu exorsus, Hiemem in Ver mutet, vireantque campi lētis floribus, vestiantur horti, renouetur tota fere natura, ita vt habitatores Turoniae, Pictauiae, Insulæ Frāciae, Limaniae (non solum Prouincie, vicinique populi) nec La- cui Benaco (qui nunc Lago di Garda dicitur) nec locis amœnioribus inuideant. Terra Franciæ tota fertilis & fructifera est: Apenninus autem occupat fere quartam Italiæ partem, est vt pluriū asper, redditque paucos fructus, sed fundus Franciæ vndiquaque omnis boni diues est. Montes Auerniæ (qui tamē multi non sunt) habent multa bona oppida, multa opulenta fertiliaque loca, in quibus Ars pecuaria exercetur, instruuntq; carne, butyro, & caseis excellentibus bonam regni partem. Regni fere reliquum explicatur in latos campos, feracibus colliculis, herbosisque vallibus distinctos. Vndiq; copia cum varietate: fertilitas cum delicijs, situs vtilitas, cum pulchritudine regionum contendit: In hoc absque dubio cedit Franciæ Italia. Quamuis enim in aliquo eius angulo, amœnitatis singu- laris, & excellentia situs perspiciatur, qualis est quę vulgo Pie- ue Incini : Riuiera di Salo : Conrado Vicentiæ, appellantur Campania fœlix, Territorium Crotoniense, & Tarentinum, aliquarumque aliarum ciuitatum Calabriæ: Sunt ea hic singu- laria, in Francia communia, pr̄cipue in Purgudia Bria, insula Franciæ, Turonia, Andegauo, Santonia, Languedocia, vbi ap- paret situs à natura distinctos esse, & compartitos sua manu, aliros Cereri alias Baccho, alias Pomonę, aliquos Palladi, dicatos. Sed alia res visu & consideratione dignior in Francia nō est, quam multitudo, & amœnitatis fluuiorum nauigabilium, quorum pars eam cingit, sicut Araris, Rhodanus, Mosella, So- ma: pars medium percurrunt eam, sicut Sequana, Ligeris, Ga- rumna. In hæc tria flumina, influunt partim ex regni extremi- tatis, partim ab eius meditullio, tot alia flumina, vt totum regnum supra modum mercatile, communicationique rerum aptum reddant: Ita vt propter incredibilem commoditatem,

quam præbent vecturæ mercium, populorumque commercio, dici possit, populis illius regni omnia communia esse. In solo Ducatu Andegauensi numerantur 40. flumina magna & parua: Vnde Cathatina Medicea regina Franciæ solita erat dicere, in eo regno, plura nauigabilia flumina esse, quam in cetero Europæ: Hyperbole sane, quæ à veritate non longe discedebat. Terræ fertilitas, & commoditas, quam flumina vehendo deuuhendoque merces præbent, faciunt quod tot vrbes & oppida in Francia sint, quæ ut plurimum in ripis fluviorum iacent: Quamuis Franciæ multi bonique Portus non desint, meliores tamen ciuitates, non ad mare, sed in locis Mediterraneis sitæ sunt: Ex eo colligitur, ipsarum amplitudinem, nō extrinsecus venire, sed quasi domesticam esse: Sunt enim ciuitates maritimæ, ibi mediterraneis maiores, vbi plus auxiliij sustentaculiq; à mari, quam à terra recipiunt, vt Genua, Venetiæ, Epidaurus, quæ vulgo Raguzi dicitur: Sed vbi ciuitatu magnitudo & amplitudo effentialiter solumque dependet à terra, ibi ciuitates Mediterraneæ excedunt Maritimas: Talis est Mediolanum, & alia Longobardia, Flandria, Germania & Hungaria oppida: Cum autem terræ oppulentia, communis toti Franciæ, & fluviorum oportunitas generalis sit, accidit inde, vt excipiendo Lutetiam Parisiorum (cuius amplitudo, procedit à sede Regini, Curia, Academia, quibus accedit fluviorum vicinitas) ciuitates & oppida Franciæ, vt plurimū mediocria aut parua sint, opportuna tamen, & pulchra frequentissimaque. Scribit Joannes Bodinus, descriptione tempore Regis Henrici secundi facta (in qua non comprehensa fuit Burgundia) numeratos fuisse 27. mille pagos campanilibus instructos: Alia autem descriptio ne, quæ regnante Carolo nono facta est, repertum fuisse, quod habitatorum numerus, 15. millions excederet. Sicut autem Franciæ ciuitates & oppida: fauorem fluminum experiuntur ita & Arcibus villisque nobilium priuatorum, parui lacus, stagnaque fauent. Quamuis huius Provinciæ lacus, Italia & Heluetiæ lacubus conferri non possint, sunt tamen in ea tam multa stagna, optimis piscibus plena, vt eorum frequentia suppleat earum amplitudinem. Idem de sylvis dici possit, quæ nō adeo spaciose, sed frequentes ibi sunt, ex quibus percipiebatur quon-

quondam bona censu Regij pars, sunt autem nunc prorsus op-
pignoratae. Habent quoque nobiles magnos reditus, ex suis syl-
uis, propter copiam lignorum pro focis, sed multo maiores
ex ligno ad fabricas faciendas : nam ob defectum calcis fit
maxima ædificiorum pars ex ligno.

V I R E S.

Regnum Franciæ tantam habet commeatuum copiam, ut
qualemcumq; exercitum, in campis nutritre sustentareq;
possit: commeatus enim propter fluminum commoditatem,
facillime ex uno loco, in alium conduci possunt. Quando Ca-
rolos quintus, ex Prouincia, & deinde ex Campania, ingressus
est Franciam, sustinebat ea plus quam 150. militum millia, ul-
tra Præsidiarios. Regnante Carolo nono, & nostris tempori-
bus, fuerunt in eo regno, 20. equitum, & 30. peditum extraneo-
rum, 15. equitum, & centum peditum indigenarum aut natura-
lium millia, nec tamen regnum caritate laboravit. Sunt deinde
in Francia, quatuor Magnetes, qui foris ad se pertrahunt pe-
cuniā: rumenta quæ inde in Hispaniam & Portugalliam ve-
hantur: Vinum quod in Flandriam & Angliam & ad Maris
Balthici accolas mittitur: Sal, quo toti regno, & regionibus vi-
cinis prospicitur: Prouincia quoq; sal coquit in Mari Mediter-
raeo, & conficit Santonia ad Brouagium, vbi Solis virtus ge-
nerandi, faciendi & coquendi Sal ex aqua marina cessare, nec
ultra Septentrionem versus transire appetat: Ex aqua maris
dico quia ulterius reperitur Sal, ex aqua fontium, vrin Lotha-
ringia: Et ex fontibus & Minærīs, in diuersis locis, Poloniæ, An-
glia, Germaniæ, ex Minærīs quoq; esofsum fuit in Suecia quā-
uis nunc cesseret. Tribus dictis Minærīs additur quarta, Canna-
bis & Telæ, quæ quanti censu sint vix credi queat: Is autem de
eo iudicium facere poterit, qui scit quanta eius copia, instruen-
tis classibus. Vlysipponeisibus & Hispalensisibus evehatur &
quantum in vela & funes, qui ex canabi conficiuntur, insumi-
tur. Sunt ibi quoque glastum, crocus, aliæque res minoris mo-
menti, quæ quamvis singulæ res supra dictas non æquent, aut
rebus supra dictis pares non sint, omnes tamen simul iunctæ

ad bonam, (& quæ regnum ditare possint) summam, ascendunt. Propter has omnium bonorum diuitias, dicebat Ludouicus undecimus, Franciam pratum florens esse, quod ipse metebat quoties lubebat: Maximilianus Imperator solebat dicere, Regem Franciæ esse pastorem Ouium, cum velleribus aureis, quas tonderebat, quoties ei opus esset. Certum profecto est, Reges Franciæ adeo potentes fuisse, ut si ingenio, & prudentia, quantum viribus facultatibusque, valuerint, in ipsorum arbitrio, res Europæ sita fuissent Sed raro accidit ut vires comitem habeant prudentiam: Eamque ob rem, finxerunt poetæ Herculem furiosum: Ludouicus Ariostus, Rolandum fatuum: Virgilius Daretem insolentem canunt: Græci autem Barbaros dixerunt omnes populos, qui doctrina & artibus carerent: Homerus Achillem iracundum: Martem incautum, ipsumque reti Vulcani constringi canit. Quæ res enim plus metuenda, aut quæ potentia magis horrenda esse posset, quam Regni quod intra suos limites abunde pascit. Hominum Myriades, tantumque adhuc commeatuum habet, quantum ad pascendum, sustentandumque magnum excrcitum opus est: Abundantia enim populi, & commeatum, sunt maxime cuiuscumq; regni vires. Romani Tribum rusticam maximi fecere, ob hominum frequentiam, & alimentorum copiam. Quod ad Reditus attinet, Ludouicus duodecimus percipiebat ex Regno Franciæ: Myriadem & semissem Franciscus primus peruenit ad tres Myriades: Henricus secundus ad Sex: Carolus nonus ad Septem: Henricus tertius superauit decem Myriades: Ludouicus autem duodecimus reliquit regnum Auro Argentoque plenum, ideoque dictus fuit pater populi: Franciscus primus quamuis maxima bella gesserit, feceritque infinitas expensas, reliquit tamen in Thesauro Octingenta aureorum millia: Sed Héricus secundus eius filius Carolum Imperatorem superare volens, sumensq; ab uno quoque pecunias foeneratitias ad 16. per centum, reliquit filios obligatos ære alieno, ad 30. Myriades aureorum, nec mercatores ei quadrantem credidissent. Vnde Carolus nonus, & Henricus tertius eius filij, magis tamē hic quam ille, non solum populū sed & Clerum, grauare maximis impositionibus coacti fuere: Vnde videri potest, diuitias Principis,

Principis, non estimari debere, à magnitudine Redituum, sed
 à bono regimine. Franciscus enim primus, minoribus rediti-
 bus, gessit maiora bella, reliquitque fidem, apud mercatores,
 & parataam pecuniam filio, Econtrariò Henricus longe mino-
 ra bella gessit reliquitque regno debita & calamitatem. Dicitis
 reditibus, aluere Reges prædecessores 1500. Lácearios, & 4500.
 sagittarios, quamuis nomine fuerint 4. Lancearum & sex sa-
 gittariorum millia, perpetua stipendia merentium: Hic equi-
 tatus niterius, inter Christianos, pro vnicò aut solo habendus
 est. Vna lancea, trahebat secum sagittarium, & semi, & ex con-
 sequenti, vna Turma lancearum, aliam Turman sagittario-
 rum, quæ solo signo distincta erat: Eorum enim signum vulgo
 Guidon, dicebatur, vnius enim Capitaneus, ambabus præerat:
 Conficiebant itaque centum lanceæ, 250. sagittarios, præter ip-
 sis lanceas. Impendebatur in hanc militiam, vna Myrias &
 trecenta aureorum millia annuatim: Lancea enim recipiebat
 250. aureos, Sagittarius octoginta, Signifer ter centum, Legatus
 480. Capitaneus 820. Hanc militiam ad perfectionem reduxit
 Carolus septimus, quideterminauit numerum, stabilivit sti-
 pendium, disciplinavit eam exercitijs, dispositusque eam in lo-
 cis Limitaneis, sub Capitaneis, Vicarijs, Signiferis, Vexillarijs,
 Diuinit quoque eam militiam, in Cataphractos & sagittarios:
 Adiunxit ei scutiferos, Designatores diuersorum, Diribito-
 res, Solutores, Commissarios, eiusque militiæ curam commis-
 sit Connestabili, Marescalli, & præcipuis regni dynastis. Non
 multum vtebantur peditatu doméstico, præmetutumultuum
 & rebellionum. Carolus octauus, cognoscens quam necessari-
 us esset peditatus, instituit Phalangem quinquies mille pedi-
 tum Francicorum, eum numerum Franciscus primus ad 50.
 millia auxit; sed ea institutio in fumum abiit propter malum
 regimen. Ludouicus vndecimus, vt pro libitu populum Fran-
 ciæ tondere, imo excoriare posset, eum incrmem reddidit, cō-
 duxitque stipendio Heluetios, quam rem imitati sunt ipsius
 successores, Franciscus & Henricus, vñi sunt magno Germano-
 rum numero: Sed fallit seipsum, qui suum populum imbel-
 lem fore sperat, si milites extraneos in suam ditionem intro-
 ducit. Vñi enim armorum, & periculorum belli, paratur auda-
 cia: Vñi

cia: Vsus & experientia autem, in suo regno militibus & populo communis erit, sicutque illi pugnaces, si se milites esse profittentur: hos defendendi necessitas bellatores faciet: Sicut enim conuersatio, cum bonis facit bonos, ita & frequentatio militum facit homines pugnaces. Sunt præterea multa negotia, quæ extraneis committi non possunt, quia nō habent locorum notitiam. Multa quoque eisdem, ob negotijs pondus, credi non debent. Quare necesse est, ut populi, in quorum patria diu manet bellum, partim per necessitatem, aut suam aut Principis: partim propter usum & experientiam rerum belli, quæ ipsis quotidie accidunt, fiant bellatores, sicut Franciæ accidit, quæ facta pace, cum Hispanis (quamuis Heluetij & Germani abiuissent remansit plena militibus Francis, qui in ea omnia sursum deorsum voluerunt. Quod ad Munitiones attinet: Non alia est regio, in qua earum maior numerus sit, quod ex pluribus causis fit: Vna est, quod cum regnum in plura dominia & Principatus diuisum erat, nempe Burgundiam, Britanniam, Andegauensem Ducatum, Normanniam, vnuquisque suos fines munierit. Crevit numerus munitionum bellis Anglorum, qui magnæ Franciæ parti imperarunt. Situs & natura locorum, fortificationi oportunorum, nec minus diligentia & aptitudo populi ad has res, reddit faciliorem locorum munitionem: Non alia natio est magis industriosæ in muniendo, & quæ labore & sumptibus minus parcat: Nec Francia minus fortis est intus, quam in extremis finibus: Bellouacum, Trece, Aurelia, Andeguum, Biturigum ciuitas, quæ vernacula Bourges dicitur, Limogia, San Florum, Carcassona, Snessionum, non cedunt fortitudine Caletto, Pero, Narbonæ, & alijs locis limitaneis.

Aptaque est vnaquæque pars, ut reliquo regno

pro limite sit.

REX ANGLIAE.

Inter Europæ insulas, tam magnitudine, quam potentia, primum sine dubio locum obtinet illa, quam antiqui Britanniæ nuncuparunt. Eius ambitus Mille & sextingentis Miliaribus patet, diuisaque est, in duo regna, quorum unum Scotia, Alterum Anglia dicitur. Causa diuisionis, est fortitudo Scotiæ, qua adeo aspera, montosa, impeditaque multis Lacubus, & syluis est, ut nec arma Romana eam unquam plane domare potuerint. Imp: Seuerus amisit in ea maximam sui exercitus partem: Reges Angliae (quamvis viribus multo superiores, & multis prælijs victores) nunquam potuerunt eam sui iuris facere. Lacus, sylæ & paludes, (quæ in planicie stagna efficiunt) sunt ei pro vallo aggereque, quibus natura eam muniuit fortemque reddidit. In verticibus montium, non desunt planicies herbidæ, pascuis pecudum commode, & densæ sylæ, feris abundantes. Hæc Regnum optime muniunt. Cum enim dicta loca scopulosa montosaq; sint, & nihilo minus pascuis & sylvis copiosa, nunquam timuerunt aut impressione cogi, aut si obsiderentur, famæ premi: Defendit enim eos contra vim hostium asperitas montium, & sylviarum amplitudo: In obsidionibus sustentant se armatis, & venatione, quæ nunquam deficere possunt. His accedit frequentia populi, armorum vsu & animorum ferocia præstantis: Possunt enim necessitate postulante, colligere 25. aut 30. hominum millia, ut hostibus resistant: Confisi fortitudini situs locorum, & armorum vsu, non dant operam munendis ciuitatibus, aut portubus, qui satis frequentes sunt in hoc Regno, cum mare ibi admodum sinuosum sit, ita ut in tota Scotia, domus non extet à Salo plus quam 20. miliaribus distans. Scotiæ Rex imperat quoque Hebridibus, quarum 42. & Orcadibus quarum 32. sunt. Cum autem nec Scotia, nec dictæ Insulæ, annonæ copia, quam eis ad vietum opus est, superabundent, nec populi, multum artificijs addicti sint, commeante eo pauci mercatores, estque populus pecuniarum indigus. Reditus Regij non sunt centum aureorum millium. Anglia autem, de qua nunc incidit sermo, diuiditur in tres magnas Provincias, Angliam, Cornubiam, Valliam. Anglia extendit se ad

mare Germanicum: Cornubia est in opposito Galliae: VVallia contra Hiberniam: Capit hoc nobilissimum Regnum duos Archiepiscopatus, Cantuariensem & Eboracensem, 20. Episcopatus, & 136. oppida. Tempore Henrici Regis, & Eduardi eius filij, fuisse recensentur 40. Parochiarum millia, que occupatione bonorum Ecclesiasticorum, ad eius numeri circitet dimidium redactæ sunt. Cornubia & VVallia sunt satis asperæ, vicitatque populus, in partibus Mediterraneis lacticij & aquena, maxime in VVallia, quamuis natura ibi locarit insulam Monam, quæ vulgo Angleseij dicitur, estq; frugibus & pecudibus adeo fertilis, ut merito VVallie mater dicatur. Cornubia quam alij Cornvalliam dicunt, est abunde dines Fodinis precellentis Stanni, & plumbi quoque. Anglia amplitudine, diuitijs, & fertilitate, multum dictas duas Prouincias superat: Et quamuis aliquantulum Septentrionalior sit, nihilominus maris benificio, aut occulta siderum virtute, Aër ibi benignus temperatusque est, potius densus & humidus, quam rigidus & frigidus, quod demonstrant Lauri & Rosmarini, qui virent florentque feliciter: Estque res certa, quod Flandria & Brabantia plus à frigore & glacie infestentur, quam Anglia, in qua, terra vt plurimum plana est, amœnis & fertilibus colliculis distingue, qui adeo placide & paulatim assurgunt, vt eos elonginquo intuentes, à planicie non distinguant. Præcipua huius Regni annona, sunt frumenta, pecudes & pisces, quorum abundantia, bonitas, perfectioque tanta est, vt Franciæ non inuideat, immo nec aliæ regioni vicinæ. Interalias res, caro maxime porcorum & boum, pisciumque Luciorum & Ostearum, est ibi magis sapida, quam in aliqua alia Europæ parte. Anglia non producit mulos nec asinos, sed equos infinitos. Opes Angliae consistunt in Venis nunquam deficientibus stanni & plumbi: sunt in ea quoque Venæ eris & Ferri: habet quoque maximam abundantiam Lanæ tenuissimæ. Fere in toto Regno, præcipue autem in Cornvallia effoditur stannum tantæ excellentiæ, vt ipsi non multum ad qualitatem Argenti deesse videatur: Eius similiter & plumbi euehitur, ex hoc Regno, pro aliquot centum mille aureis. Lanæ habent hic suam bonitatem, propter colles, quibus regnum plenū est: In ijs assurgit herbula parua

parua tenuisque, quæ nec irrigatur fontibus aut riuis, nec ster-
coratur, sed ipsi hyeme Aëris vapor, estate Ros sufficit, estque
Oibus adeo grata, vt ferant vellera singularis tenuitatis &
mollicie. Cum insula non generet Lupos, nec aliud noxiun
animal, vagantur greges interdiu noctuque, per colles, valles
& agros, tam priuatos, quam publicos, sine metu aut periculo.
Ex Lanis texuntur Panni delicatissimi, qui magno numero in
Germaniam, Poloniam, Daniam, Sicciam & alias regiones
euehütur, vbi magno in precio sunt. Aestimatur quod in lanifi-
cio & Metallibus, euehitur ex regno, produabus Myriadibus
aureorum: Colliguntur in eo multa legumina, multum quoq;
Croci. Multum etiam ceruisia ex hordeo coquitur, mittiturq;
copiose in Belgium, sicut & coria & lapides nigri faciendo ig-
ni accommodi. Situs insulæ commoditas facit, vt à mercatorib;
Lusitanis, Hispanis, Francis, Flandris Maris Balthici acco-
lis apprime frequentetur. Negociatio, quam Angli cum Belgis
faciunt, ad summam fere inestimabilem accedit: Scribit enim
Ludouicus Guicciardinus, id commercium ante tumultum
Felicum, estimatum fuisse ad 12. Myriades aureorum quotan-
nis. Coronæ Anglie subiacent quoque aliquæ insulæ, præ-
cipue autem sunt Hibernia, Vectis, Monauia, Mona, Druydom
oiiim sedes, quam Angli Angleseij dicunt, Sorlinge, Greneza-
ia & Gerzaia. Hibernia amplitudine non multum Anglia ced-
dit, longa est enim 300. miliaria, lata 90. montosa, syluosa, palu-
dosa, pascuorum quam frugum feracior, diues laete & melle:
Emittit magnam quantitatem butyri, coriorum & croci. Mul-
tata ea flumiina, piscosique lacus sunt, Duos habet Archiepis-
co patus, Armacanum & Casselensem: Locus Hiberniae præ-
clarior celebriorque est Dublinum portum habens munitum.
Insulæ pars, quæ ad Ortuum & Meridiem spectat, frequentius
inhabitatur. Provinciæ autem Vltonia, Conachia, & Mono-
nia, plus ad Occasum & Septentriones sitæ, sunt satis asperæ &
& sylvestres: Ibi se aliqui Domini, beneficio lacuum & syluarū,
contra arma Anglica, tuentur. Aliæ tres Insulæ magnitudine
fere pares sunt. Mona habet optimm territorium, diciturque
mater Cambriæ, propter frugum pecudumque copiam, quam
ei suppeditat. Menauia distat Anglia 25. miliaria: Episcopatu&

duobus Portibus gaudet, sed eius territorium parum fœlix est. Vetus fere tota montibus asperis occupatur: Est in ea Abrach ciuitas optime munita: hæc insula claudit Portum, imo potius Sinum Antonnæ, qui contra eam est, inter meliores illius Canalis censetur. Anglia fortitudine sui situs, superat omne aliud regnum: habet enim per excellentiam duas illas proprietates, quas Aristoteles in situ ciuitatis requirit. Una est, quod Hostibus accessu difficultis: Altera, ut eius exitus facilis sit, ad faciendum expeditiones: Est Anglia in Mari, cuius ea est natura, ut regnum fortificet. Mare Hibernicum enim, quod ei ad Occasum est, adeo depresso, & scopolis periculisque plenum est, ut magnis nauibus non sit vndosum. Maris Britannici (quod Angliæ ad Meridiē est) A Estus, ibi cum tanto impetus sit, ut à 12, ad 15 passus altum turgeat (Horrenda profecto hæc res est) & iterum tantum resedat, possuntque naues difficulter appellere, nisi vento & alluvione adiutæ, sed altero multo magis. Ora Maris undequaque aspera feroxque est, præterquam aliquot locis, quæ optime munita sunt sicut Baruicum, Douuera, Tonnes, Dorcestria, Dermont, Bleimutum, Falmut, Milfort, Brigstouia. Vnde tota insula pro vno Munimento & castro censi posset. Fortitudini situs adiunguntur arma maritima & terrestria Quod ad Maritimæ vires attinet ultra Myoparones classis (quorum quondam centum esse solebant, non valde alti, sed longi & densi, nunc 70. aut paulo amplius sunt) habet regnum tot Portus, iisque à mercatoribus adeo inuisuntur, ut Angli dicant, numerum nauium, quæ ibi negociantur accedere ad bis mille. Sed quidquid de eo sit, certū est earū cum opus est, 400. aut plures colligi posse. Eduardus tertius, transmisit ad expeditionem Caletensem, Henricus octauus ad obsidionem Boloniensem cum mille nauigis omnis generis. Itaque insulam aggredi, cuius Portus, propter munitiones ibi factas, accessu, non tantum introitu difficultes & periculose sunt, & quæ in sua potestate tot naues habet, arduum erit factuque haud facile. His difficultatibus accedit, quod Angliæ populus, in rebus maritimis mire dexter est. Non enim alia gens audacior, nec Mari promptior est: Ipsi nauibus leuissimis apprimeque optimis tormentis bellicis instructis (quibus regnum maximè abundant) in-

dat) intrepide tam hyeme quam estate Oceanum sulcant: Negociantur in Moscouia, Cathaio, Alexandria Aegypti, Constantinopoli, in Liuonia, Barbaria, Guinea. Anno 1585. classe 25. nauium (in qua erat 2500. milites) vela fecerunt in Indiam occidentalem, ceperuntque San Iacobi oppidum, San Dominici oppidum in Hispaniola, Cartagenam in Continente, quæ portum habet cōmodissimum ad mercaturam inter Hispaniam & Peru exercendam, Ciuitatem S. Augustini, ligneis ædibus constructam, quæ ab Anglis iniecto igne destruxta fuit. In festant continuo Terceram & Capitis viridis insulas, Brasiliam. Duo ipsorum Capitanei, non minori audacia, quam fortuna, circumnauigarunt totum Orbem. Est præterea in Anglia militia terrestris, magni momenti propter eius multitudinem: Cū enim regnum in sī. Comitatus partitum sit, in eorum vno, qui vulgo Lorcaſſier dicitur, exercitum 70. peditum millium conscribi posse putatur: Sed vt cum que res se habet, in confessu est quod Anglia in campos educere possit centum peditum, & 20. equitum millia. Vnicuique Comitatui, præst Vicecomes, is cum opus est, delectum militum facit. In faciendo delectu, modo qui sequitur vt tantur: cogunt omnes habitatores Comitatus, qui annum sextum supra decimum attigerunt, nec sexagesimum excesserunt, se sistere, ex quibus eos deligunt quos armis magis putant egregios. In peditum numerum absctibuntur maiores membrosioresque, diuiditurque peditatus in quatuor genera: Aliqui vtuntur Arcu & sagittis, quæ arma Anglis propria sunt. Olim enim ijs sibi acquisuerunt maximam Franciæ partem: retulerunt viتورias gloriosas, fecerunt captiuum Regem Franciæ Ioannem: occuparunt Lutetiam Parisiorum, quam 16. annis tenuerunt. Romanis non tam fuerunt tremenda: fuerunt sagittæ Parthorum, quam Anglorum Francis: Alij vtuntur pro armis, hastis sparo similibus, sed ferro magis solido & grauiori, quibus percintiunt & ex equis detrahunt homines: hoc armorum genus, satis diuturnum fuit militiæ Anglicanæ, & satis magnæ executionis: Duo alia addidit experientia vsusque temporum præsentium: Vnius generis sunt Sclopeta, quibus ipsos hue vsque aliquod experimentum alicuius magni exempli dedisse nescio. Alterius sunt Sarissæ, quæ ipsorum com-

positioni quam optime conueniunt, sunt enim ut plurimum statura satis alti, neruosi, pleni & firmi. Pro militia equestri selligunt homines statuæ mediocris, sed bene compactos, dexteros agilesque. Eorum equi magnarum virium non sunt, nec incursione impulsuque boni, Flandricis aut Germanicis nimime conferendi. Præterquam enim, quod pinguedo & amoenitas terræ id non fert (boni enim equi nec terram valde crassam, nec prorsus sicciam requirunt) nec ipsi ijs multum dediti sunt. Angliae equitatus duorum generum est: Aliqui equites se grauibus armis induunt: Hi maxima ex parte nobiles sunt, Alij leuioribus armis vtuntur. horum duo sunt genera: Vnum se Albianensium more armat: Aliud equitibus leuis armaturæ Italicas similius est: Induntur thoracibus, squamis, & tela cannabina farcitis, aut laminis & semigalea vtuntur, gestantque lanceas graciles & longas. Quamuis autem Angli ad duo equitum cataphractorum millia, & magnum leuioris armaturæ equitum numerum in campos educere possint, haud tamen equitatus Anglicus se aliquo præclaro facinore, nobilem fecit, sicut de peditatu dici potest. Rex Eduardus quartus, qui tot expeditiones in Franciam suscepit, totque victorias assecutus est, ut monstraret, quo militia generi maxime fideret, relicto equo se in pedes inter peditatum coniiciebat. E contrario Franci quod nolint plebem armis assuescere ne opicia manuaria, & negociationē sperat relinquitq; ac inter arma insolescat (in q; Franci proni sunt) ponunt militia vim in equitatu, qui ex nobilibus fere cestat. Cum autē equitatus multis esse nō possit, quod Francia equorum egregiam progeniem non habeat, eosque semper aliunde querere, res magna impensa sit, ideoque generosos equos sibi parare non queant, & quod peditatus multo maiori vñi, quam equitatus in bello existat, ordinarie Franci ab Anglis superati fuere. Sed vt doceamus quantas Rex Angliae copias educere possit, ponemus hic exemplum: Rex Henricus Octau, in expeditione Poloniësi, transmisit mare, cū exercitutrifariam partito: In prima Acie erant 12. peditum millia, quingenti equites leuiter armati, & mille equis minoribus merentes, lorica & lanceis tantum instructi: Rex omnes vestierat panno cyaneo limbis rubris. Postremæ Aciei, (ea enim Acies, post

es, post primam Mare traiecit (dustor erat Dux Norfolcius, eratque ea Acies primæ, peditum equitumque numero par, vestibusque induita, sicut primæ Aciei milites. Inter eos erant milie Hiberni, induiti camisij longis strictisque, super quas erat pallium, cetera nudi, capite quoque aperto, capillis longis: Arma eorum erant tria iacula ensis longus, & chyrotheca ferrea, in sinistro brachio, ad cubitum pertingens: In pugnis cingebat vestes alte. Expeditissimi erant in cursu. Media Acies, in qua Rex erat, ex 20. peditum, & 2. equitum millibus constabat, eorum vestes erant coloris rubri, marginibus coloris crocei distinctæ. Trahebant post se centum tormenta bellica maiora, præter minora. Super currus conuehebant centum molas, quarum unaquaq; ab uno equo rotabatur, faciebatq; farinam: Clibanos quoque in curribus habebant, qui progrediendo panem coquebant: Curruum multitudo tanta erat, ut castra ijs cingerent tanquam vallo. Ad trahendum currus & tormenta, videnturq; impedimenta, transmiserunt in Continentem plus quam 25. equorum millia: Præter omne genus commeatuum, aderant 15. boum millia, & pecorum ad edulia facientium, numerus infinitus. Quanta fuerit copia scalarum, pontium, glandium, pulueris piri, munitionum, lignorum, aliarumque rerum, ad expeditiones militares pertinentium, non possem enumerare.

O P E S.

Demonstratis viribus Angliae, videndum quibus nervis redditum & pecuniarum exstant: Præmittendum est, Regimen regium Angliae (in qua authoritas Parliamentorum multum potuit) nunc ad regimen Despoticum reductum esse: Maxima enim negotiorum pars, quæ antea ad Parliamenta spectabant, (in quibus uniusquisque, quod sibi videbatur eloqui, suasque rationes adducere poterat) deciduntur nunc in Regis consilio priuato: Parliamenta autem quæ ad moderandum & tanquam regula Regum appetitus cohervendum, instituta sunt, conuocantur nunc, ut authoritatem concilient, colorementque inducant Regum voluntati. In Francia peius cessit res: Cū enim in Anglia, saltem forma & usus Parliamentorum remanserit, in

ferit, in Francia Rex Ludouicus vndeclimus, pro crimine Iesæ maiestatis habuit, mentionem facere conuocationis Statuum (ira vocant Dietas regni Francici, quæ in Anglia Parlamenta dicuntur) inquiens, Ego cx pedissequis & pupillo excessi. Reditus ordinarij regni Anglicani, ante quam Henricus octauus bona ecclesiastica occupasset, accedebant ad quingenta aureorum millia. Percipiuntur hi reditus, ex tutela pupillorum ad 21. etatiseorum usque: iij enim omnes, in quorum bonis, aliqua pars, quantumvis exigua, coronæ regni aliquo modo affecta est, sunt durante pupilli etate, sub tutela Regis, qui eis tenuerunt auctentaculum impertitur, sernatque sibi residuos Reditus, donec pupilli 21. etatis annum attigerint, quem ingressi, Regi certi aliquid persoluunt: Obligantur præterea, ad Tributum, quod Regi pro nuptijs pendunt, qui se patronum matrimoniorum dicit. Percipit præterea Rex, plus quam 80. aureorum millia, ex Ducatis Lancastriæ & Cornubiæ, qui coronæ coniuncti sunt: Præter hac alia centum Aureorum millia ex vestigalibus recipit, Mirari nemo debet, quod ea summa adeo exigua sit. ratio est, quod paucæ ciuitates vestigalia pendunt, & ciuitas Londonensis (quæ veluti centrum commerciorum regni est) ab omnibus libera facta fuit Anno 1089. ob pecuniarium auxilium, Regi Ricardo primo, cum in expeditionem terre sanctæ proficeretur subministratum. Dictis Reditus, tot alios adiunxit Rex Henricus octauus: concidit enim reditus Episcopatum: Adscripsit Fisco Abbatias, & Commendas Equitum & Rhodiorum, aliorumque ordinum militarium: suppressit Curas (vt vocant) opulentiores, vendicauitque sibi Annatas & decimas omnium beneficiorum. Pro his rebus, ordinavit curiam augmentationum & decimarum, qui Reditus omnes important plus quam octingenta aureorum millia. Reditus itaque ordinarij accedunt ad summam vnius Mytiadis, & trecenta & amplius aureorum millia. Sunt præterea subsidia extraordinaria, quæ duorum generum sunt: Aliquando enim toti regno imperantur, tunc conuocantur Parlamenta, in ijs quid opus sit determinatur, & modus ordoque qui sequendus est. Ordinarie duorum mensum spacio, aut paulo amplius colligitur, quod determinatum est. Aliquando petit Rex à particularibus subsidium,

fidium, quod ipsibenevolentiam vocant, ea in re, conatur v-
 nusquisque suum obsequium versus Principem præstare. No-
 stris temporibus inuenta est alia via confandi pecunias: Nem-
 pe ex quinta parte, aut simili quæ coronæ penditur ab ijs, qui li-
 centiam habent prædas faciendi, in oris Maritimis Hispaniæ
 & Noui Orbis: soliti sunt idem facere, facitque id adhuc Pro-
 rex Algeræ, qui piratas recipit, cum pacto, ut partem manci-
 piorum, prædarum spoliorumque ei dent. Sed raro accidit, ut
 male parta non male dilabantur: Eos quoque qui predatum
 excurrunt, sepe manet damnum, vendunt enim patrimonia,
 ut armamenta naues, sed lucrum incertum est, Hispani enim, qui
 initio ex improviso obruti fuerunt, fortificant quotidie Acces-
 sus, securasque reddunt suas classes: Hæc de viribus & Rediti-
 bus Angliæ dixisse sufficiat. Addam hoc tantum, quod in An-
 glia, nobiles loca munita non possident, nec ædificia fossis aut
 vallo clausa, nec aliquam iurisdictionem in populum habent:
 Dignitates Ducum, Marchionum, aliæque, nihil aliud quam
 puri tituli sunt, quos Rex eis confert, nec tamen iij, qui titulis
 gaudent, aliquid in locis unde titulum sumunt, possident, sed
 se aliqua pensione ex ære Regio sustentant. E contrario gau-
 dent nobiles in Francia, mero & mixto imperio, cum titulis
 Dominorum, Baronum, Comitum Marchionum, Du-
 cum, Principum: possident magnas & bonas ciuita-
 tes, non tantum pagos, clientes quoque ha-
 bent, qui ipsis Homagium & fidem
 præstant, sed Regem & Parla-
 menta in superiorum
 agnoscent.

REX DANIAE.

Quamvis nulla Sueciæ mentio facienda videatur , quod
 quasi extra nostrum Orbem sit (quibuscum Suecis nihil
 commercij est) tamen propter eius amplitudinem , inter alia
 regna, de quibus in his Relationibus agitur, poni meretur. Co-
 tinetur illa Europæ parte , quam aliqui Scandiam , alij Scandi-
 nauiam alij Balthiam dixerunt, vnde olim Gothi Vandaliq;
 Imperij Romani concutatores egressi. Duabus coronis subdi-
 ta est , Daniæ nempe & Sueciæ : Daniæ Rex, præter Cimbricam
 Chersonesum , vbi Holsatia , Theutomarsia , Ducatus Slesui-
 censis & Flensburgiensis , Friesa , & Iuthia regiones herbosæ,
 ideoq; pecoribus & feris abundantes sunt, possidet præterea ali-
 as amplias insulas , sed præcipuæ sunt eæ, quæ ad ostium Maris
 Balthici iacent, quarum ibi quindecim numerantur , compre-
 hendunturq; sub Daniæ nomine, ear præcipua est Selandüia, quæ
 in longitudinem, ad 60 miliaria extendit, latitudo est paulo
 minor : præstat nobilitate , propter pagorum frequentiam, aë-
 ris clementiam , & Regis in ea habitationem : Is quoq; Domi-
 nus est Gothlandiæ, quæ è regione Gothiæ sita est, eius cognato-
 rum unus obtinet dominium Osiliæ insulæ mediocris, in mag-
 no Sinu Liuoniæ , & in fertiles regiones in ipso contineti Liu-
 niæ Regi Daniæ paret Scania , quæ regione Cimbricæ Cherso-
 nesus est, extenditurq; ab oppido Nihu's Timalen vsque . eius
 est magnum regnum Norvægiæ , quod se à confinijs Scaniæ,
 Septentriones versus, ad Arcem VVardhus extendit, cui adia-
 cêt Lappones, amplius quâ permille & 300. miliaria: Regis Da-
 niæ sunt quoque insulæ adiacentes (inter quas, cum amplitudi-
 ne, tum vertate primas tenet Sania) Scetlandicæ & Fariarū
 insulæ, quæ in alto mari sunt. Norvægiæ populi fuere olim val-
 de potentes, afflixerunt diu Angliam, diuexarunt Franciam,
 obtinueruntq; in ea dominium prouinciarum, quæ adhuc Nor-
 mannia dicitur : in Italia parauerunt sibi regna Siciliæ & Apu-
 liæ: bello sacro autem obtinuit Boemundus Normannorum
 Princeps, Antiochiæ Principatum. In Oceano Septentriona-
 li obtinet, Rex Daniæ dominium iam dictam Scetlandicarum
 & Fariarum, præterea Freslandiæ , & oræ maritimæ Islandiæ
 & Gruuo.

& Gruuolandia. Orcades insulæ quamuis Regi Scotiæ obedi-
ant Reges Norvægiae pro dominis agnouerunt. Regnum Nor-
vægie cum electioni obnoxium factum esset, discordijs alijs-
que turbis exagitatum, peruenit ad Regem Daniæ, qui ut de eo
securus sit, tractat dure in colas, spoliatque eos facultatibus, nec
miseris hominibus spes est melioris fortunæ, quod Regi om-
nes aditus & portus Maris sint: Diuitiæ Regis Daniæ consistunt
in copia pectidum & piscium maris, quorum tanta copia est, ut
ex halecum capture tantum, ingens pecuniæ vis conficiatur.
Tanta piscium, omnis generis copia hic est, ut vix Fretum na-
uigari possit: circa id, pascua aliaque loca pecori grata sunt. Sca-
nia frumento & pascuis diues est & incolis frequens. Norvæ-
gia nullas alicuius momenti diuitias habet, præter lignorum,
fabricandis domibus & nauigis aptorum (quæ in Hollandiam
& Flandriam euehuntur) pecudum, casei & lactis, magnam co-
piam. Percipit quoque emolumentum, ex pisce frigore indu-
to, quem Germani Stockfisch vocant: capitur mense Ianuario
exponiturque vento, donec tanquam lignum induretur. Dein-
de in diuersas regiones pro annona defertur. Id, ex quo Rex
Daniæ plus pecuniatum percipit, est fretum siue Porthmus, in-
ter Croneburgum & Elzenburgum vulgo die Sundt. est istran-
sus tam angustus, ut nullum nauigium, nisi cum excubitorum
quos Rex ibi habet venia præternauigare possit: Necesse enim
est, ut naues ibi magnum vestigal & portorium pendant: Ad
magnam pecuniæ summam id vestigal accedere, colligi po-
test, ex multitudine nauium. Hollandia, Zelandia, Francia,
Anglia, Scotia, Norvægia & Maris balthici, quæ id Mare ful-
cant, & augustas Porthmi fauces intrare coguntur. Populi hu-
ius regni, vini Rhenensis, Francici, Hispanici, sacchari & spe-
cierum aromaticarū (quæ ex Portugallia deferuntur) & fructu-
um Andalusia tam sunt indigi, quam illi cupidi ceræ, mellis,
pellum frumentiq; quæ ex Prussia, Liuonia, Moscouia regio-
nibusque vicinis petuntur. Quid Princeps terra possit, nondum
videri potuit, quod alicuius momenti expeditionem, non sus-
ceperit, nisi aduersus Theutomarsos, quos Rex Valdemarus si-
bi obedire coegit, sed rebelles facti, post varia res (quæ ab An-
no 1500. acciderunt) anno 58. subiugati sunt à Rege Daniæ Fri-

derico II. Ante id tempus, Ioannem, Regis Christiani primi filium prelio superauerant. Quid Rex Daniæ mari possit, esti mari potest ex classibus, quas aliquot vicibus coegit. Christiernus II. rogatu Regis Franciæ Henrici II. misit in Scotiam contra Anglos, classem centum nauium, in quibus decem millia militum erant. Cum tantum oræ maritimæ, totque portus in Dania, Scania Norvægia, totque insulas extra Mare Balticum possideat, verisimile est, ipsum magnum nauium numerum colligere posse, si tamen pecuniae non desint, quibus ipsum non abundare existimo, cum quod suis in regnis, nullæ magni preci res nascantur (exceptis maris piscibus) tum quod in iis nulla ciuitas mercimonio celebris sit, quæ commercia ad se trahere conseruareque possit: nihil ergo superest quam vectigal Freti: fructus aliquarum Minerarum in Scania, Equi, pecudes Cimbricæ Chersonesus, ligna, piscesque Norvægiae & insulam. Observatum est, ex illis regionibus in Germaniam quinquaginta boum millia acta fuisse, qui vectigal Gottorpis pendunt. Aliquid etiam emolumenti percipit, Daniæ Rex ex Vvardhus, nam Angli paucis ab hinc annis, incepérunt nauigare inter Norvægiæ & Grunolandiam, alij ad Colmigræ, alij Chilcheme, quod San. Nicolao vicinum est: cum Russis ibi commercia exercent, reportantque inde Scuum, Ceram, Mel, Lignum: eo quoque nauigant Bergenses, Scotti, Franci. In

Maris Sinus fere medio, est insula & oppidum
VVardhus, quod Rex Daniæ Frideri-

cus II. egregie muniri curauit,
mercatores hic pendunt

vectigal suarum
mercium.

REX

REX SVECIAE.

Rex Succiæ dominatur in Scandia, quæ Dania ampliore est, nam à finibus Scandiæ ad Lappiam usque, computatur iter 45, dierum: Ora autem Sinus Boddi plus minus 400. miliiaria longa est, estimaturque hæc terrarum pars, Italia & Francia maior Possidet hic Rex, in Liuonia Reueliam, Naruam, Parnouiam aliaque magnæ estimationis loca: insulam Vlandiam, & Alandes quæ vix sunt dignæ relatu, aliasque multas, sed paruæ considerationis, in Mari Sueciæ & Finlandie sitas. Diuiduntur hæc regiones, relinquendo Liuoniam, in tria regna Gothiæ, Sueciæ, Vandaliæ, quæ in undecim Provincias, & duodecim Comitatus partitæ sunt, inter quos non comprehenduntur Lappi, quod hi populi (qui Provinciam Suecia maiorem, sed pauperem miseramque inhabitant, & per silvas vallesque vagantur) sub alicuius certo dominio esse, dici non possunt, qui autem aliquomodo, fixi sunt, fixasq; sedes, aut domus habent, ut plurimum coronaæ Sueciæ obediunt, penduntque pelles nobiles pro tributo. Trium regnum, quæ diximus, Gothia contermina est Scaniæ, diuiditurque in Orientalem & Occidentalem, terminanturque ambae VVeuer lacu, in cuius medio est insula, in quam, propter eius amoenitatem, se confert & manet sepe Rex: lacum 24. fluuij influunt, ei ynstantum exitus est, eum incolæ, eorum lingua, propter excessuum strepitum, vocant cespitionem diaboli. Gothiæ nomen, regionem diuinam significat, id ei, proter annone copiam, optime quadrat, nulla enim alia regio, carne, piscibus, frumento abundantior est. Hic sunt Balmar ad mare, Viburg, Suderkope, Norkope, Tilge, Ianocopia, Vasten, Birka, Linkope, Lodhus, Schennada, Malmoge, Verdenburg, Varne, Scara, Ledekopia, Timalen. Sequitur Suecia, quæ Noruegia & Gothia simul, major est. In Suecia, est ciuitas Vpsalia, Metropolis, & Stocholmia, in qua residet Rex, Stringa Ennecopia, Orogrundia, Arboia, Arosia. Sequitur Finlandia, sita inter Sinum Boddicum, & Finnicum, ubi Abo Metropolis est, Rangina, & Ange ambae mercionij celebres, Vames, Viburg & Castelhoim in

Alandis insulis. Extra ciuitates habitant rustici, (qui hic com-mode viuunt) inter sylvas, in vallibus alijsque in locis, vbi à vēto Septentrionali tuti sunt, & ædificandi commoditas lignorumq; copia inuitat: habent suis in domibus greges pecudum instrumentaq; conficiēdo, quidquid ad vietū amictūq; necessariū est, apta: inde accedit vt ciuitates, ijs in regionibus nec frequētes nec magnæ sint, sicut in Germania & in Anglia. Numeratur ultra ciuitates & oppida, parēcie 1433. in quarum aliquib; sunt mille rustici, vel, vt ipsi loquuntur, mille familie aut foci, paucæque earum paræciarum sunt, in quibus nō ad minimum centum familie sint: hinc de populi numero iudicium fieri potest, maxime si facunditas populi consideretur: Mulieres enim Finlandie propter qualitatem ceruisie (vt aliqui putant) eximiè secundē estimantur. Diu hic viuunt homines, maxime in locis Septentrionibus expositis, nec mirum ipsis videtur, quod aliqui, centesimū supraquadragesimū aut trigesimū attingāt: Ea longæ uitam multū facit ad propagationē, vbi enim minus diu viuitur, ibi & generandi virtus citius deficit: Hanc ob causam, Deus Dominus noster, vt in mundi initio, propagationem humani generis faciliorem redderet, dabat hominibus septingentos & amplius vitę annos: generatio itaque quę nunc, propter vitę nostrę breuitatem, intra quadraginta annorum spaciū cessat, extendebatur tunc ad plura centenaria annorum quam nunc ad decennaria.

DIVITIAE.

Huius regni opes cōsistunt in copia annonę, qua summe abundat, id & nomina Gothiæ, quod regionē diuinam (vt diximus) & Finlandie, quod regionem bonā significat, sicut & nomen Finmarchiæ, tñdicant: Viētus eorum, sunt carnes, pisces recentes, sale conditi & fumo siccati, frumenta, ceruisia: ea hic ranta copia sunt, vt vix mendicus inter ipsos reperiatur, & hospites fere gratis hospitio excipientur. Ex Minēris Suecē emuntur thesauri: Minērarum enim planibi, cris, argenti, & aliquantulum auri adeo diues est, vt nulla Europæ regio illam superare estimetur. Minera vndiquaque inueniuntur, quamvis rustici,

isrustici, quantum in ipsis est, eas occultent tegantque, quod te
 neantur ligna ad eas vehere, operasque præstare. Argentum
 purissimum effoditur in Comitatu Vestros, Nisi incolæ indu-
 striæ exterorum adeo inuidarent, ipsi maiores diuitias conse-
 qui possent: non enim parcere ligno, nec fumos Minerarum,
 ad colores parados colligere norunt: nec ipsis gratum est,
 quod Venæ Minerarum deteguntur. Quod exteros auersantur,
 non ex odio, quo eos prosequantur oritur, sed à suspicione, ne
 ab ijs ludificentur, aut male habeantur: sunt enim ipsis moribus
 simplices sincerique: ambitione non flagrant, nec stimulantur
 ab avaritia. Regis redditus consistunt in quatuor rebus, in fructi-
 bus beneficiorum ecclesiasticorum, in Mineris, in Tributis, in
 vectigalibus. Fructus beneficiorum accedunt ad bonam pecu-
 niæ summam. In his regnis erant ultra septem Ecclesiæ cathe-
 drales, sexaginta monasteria, partim virorum, partim mulie-
 rum, quæ amplissimis redditibus dotata erant, sed ministri hære-
 seos, qui loco paupertatis in Euangelio prædicatæ, ad suam se-
 etam protrahunt Principes, eis monstrando bona redditusque
 Ecclesiasticos, induxerunt primo Gustauum, deinde eius filium
 Ericum, ut Altaria ornata, Ecclesiæ, maxima reddituum parte
 spoliarent. Minerarum aliquæ effodiuntur expensis Regis, ali-
 quæ priuatarum personarum, illarum quidquid effoditur, ha-
 bet: harum consequitur partem decimam. Trium æris fodina-
 rum decima pars, quæ Regis est, accedit ad summam triginta
 millium Dalerorum quotannis, inde iudicium de argento &
 plumbo fieri potest. Sed plus quam omnia alia reddunt Tribu-
 ta, percipit enim decimas siliginis, frumenti, hordei, piscium,
 boum, pellium, rerumque similium: aliquando ex decima bo-
 um, eorum 18. millia habuit, ijs alit Aulam, Officiarios, clas-
 sem exercitumque, suppeditat enim vietum militibus, cum bel-
 lum est, geritque id minima impensa, tam offendendo, quam
 defendendo, cum Dano & Mosco: consequitur enim à popu-
 lo sine magna difficultate, magnas contributiones commea-
 tus. Populus filias Regis maritis collocat, datque in dotem cę-
 tum Dalerorum millia, ultra vasa argentea, aliaque. A rusticis
 alijsque, qui Tributum annonarium non pendunt, solet Rex,
 secundum facultates bonorum, quotannis quinque aut plures
 Daleros

Daleros viritim, exigere. Portoria penduntur in Portubus, eorum præcipui sunt Calmaria & Lodhusij Stockholmiae (vbi ali quando 300. & plures naues onerariæ visuntur) Ranginæ, Abo, Auge, Reualiæ, parnouïæ, Naruæ. Aestimatur Regem quotannis, ad sexcenta aut septingenta Dalerorum Millia, in thesau-ros recondere, ultra omnes expensas in Arces Reualiæ & Viburgi, accedunt ad centum Dalerorum millia quotannis.

V I R E S .

NVmerantur in Suecia & Gothia circiter 32. Turmæ, quārum vnaquaque, est quingentorum aut sexcentorum mil- litum, Sclopetos humeris gestantium iij quo occasio vocat, eunt: raro hastis aut lanceis vtuntur, propter sylvestrum frequētiam, Equitatus etiam Sclopetis meret. Peditatus optimus cen-setur, quod vnuſquisque miles, ea quibus parat conficitque ad capsulam Sclopeti vsque, quod indicat ipsos facile contentari posse. Vulgus in Peruia & regionibus vicinis, quod paruo cō-teti sunt, faciebat, facitq; ad huc, quidquid domui, suisq; perso-nis opus est: vnuſquisque fabricare, texere, vestes corsuere, se-minare, messem colligere, omniaque necessaria instrumenta conficere nouit. Ad res quæ nō adeo comunes, nec necessariæ sunt, sicut ad pingendum, aurum argentumque elaborandum & similia repetiuntur inter indigenas, proprij artifices, nulla re præterquam materia opus habent. Equitatus Suecicus in 13. Turmas diuiditur: Suecia & Gothia earum vndecim, Finlandia duas suppeditat, necessitate autem vrgente poscent multo plu-res colligi: solus enim Ducatus Vermelandiae, potest (sicut ali-qui dicunt) plus quam decem virorum millibus, equos admi-nistrare. In Marchia, est tanta equorum copia, vt fere nihilo ve-hudentur: Ambæ hæ Provinciæ, sunt in Gothia. Ipsarum equi-cedunt Frisijs magnitudine, sed maxime strenui, fortes, robusti que sunt, labori assueti, facileque pascuntur Nolo silentio præ-terire, duas res præclaras, quas Rex Sueciæ in militum commo-dum facit: una est, quod si miles ab hoste capiatur, redimitur per Regem: Altera quod si militis equus occidatur, Rex ei ali-um confert. Rex dat quotannis, Capitaneis, & ijs, qui equis me-rent, in

rent, in solutionem partis stipendiij vestem, Idolim apud Romanos, in usu erat, qui militibus sagas dabant. Quod ad res maritimas attinet, regna haec, propter oræ maritimæ longitudinem, & Portus, abundant nautis nauigijisq; quibus Rex uti potest, sicut alij Principes, in suis Dominijs: Habet ordinarie 50. naues bellicas, quarum unaquæque, 40. tormentis, pluribus aut paucioribus instructa est. Rex Gustauus instituit etiam Tremendum usum. In bello quod Rex Ioannes cum Rege Danie gessit, antequam pax) quæ Stetini tractabatur) confecta esset, habuit 70. nauigia magna, ultra alia minor, in quibus erant duo deuiginti hominum millia. Aestate Mari, hyeme terra bellicabant: tunc glacie concreti sunt lacus: Mare quoque per magnam longitudinem, secundum littus concrescit. Cum autem de tormentis aliquid dixerim, hoc adiungam: Aestimatur Regem Sueciæ habere, circiter octo Tormentorum bellicorum millia, quorum maxima pars, ex ære conflata est, ipsorumque multo plura confidere posse, si maior stanni copia suppeteret. In sola Arce Stockholmensi numerantur 400.

PRINCIPES FINITIMI.

Ad occiduum conterminus est Rex Sueciæ, Dano, Mosco ad Ortum, cum quibus ei longa bella fuere. A Danis multum damni passi sunt Sueci, obsedit enim Rex Christiernus secundus Stockholmiam cogitque eam ad deditioinem: exercuit in incolas inauditam crudelitatem, impleuitque ciuitatem sanguine & cadaveribus. Odiorum cause sunt ius quod Danus in Sueciam sibi competere putat: Oportunitatem eam, ad libitum diuexandi, ei tribuunt situs regionis, portusque, præcipue Gothlandia quæ Gothiæ membrum est: ideoque contendunt Sueci eam sui iuris esse, actionemque in eam habent. Postquam Gustauus regnum recuperauerit, ipse eiusque filij Ericus & Ioannes, successuè id rexerunt. Quamuis autem satis multum sanguinis, bellis inter Gustauum & Danum effusum sit, regno Sueciæ tamen suus honos mansit, ciuitasque Lubecensis (eo in maiori potentissima) dum se modo huic, modò illi iungit, ita tēpetat & quatque suo pondere, illorum duorum Regum vires, ut

alterum iilornm exercere non sinat, ob periculū quod eo casu
sibi inpendere videt. Suecus cum Mosco belligerando primas
habet, quod Finlandia (quæ Russiæ contermina est) ob lacuum
& paludum frequentiam, aditus difficiles, periculoque plenos.
habet, acciditque plus quam semel, ut hostium exercitus, in il-
lis glacie concretis aquis submersi sint perierintque. Suecus ha-
bet maximā suarū classiū partē Hyemeeo in Mari, in quo (sic ut
ante dictum est, tunc bellum geritur, sicut Mari estiuo tem-
po-re. Habet Arcem Viburgum, quam optime instructam, & in fi-
nibus Magni Ducis Moscorum Naruam, Reualiam aliaque lo-
ca & arces, quibus tanquam frenis ipsum constringit. Ut dicam
quod verum est: Illæ munitiones utilissimæ habenda sunt, quæ
in hostium solo iacent, faciunt enim duos effectus, defendunt
quod tuum est, & infestant hostium ditiones: tuum tanto meli-
us defendunt, quanto ab eo longius distant: dum enim hostis
se circum ea torquet, sunt tua tranquilla, potesque extra strepi-
tum, dampnumque tuorum populorum redditumque, ea procu-
rare, quæ ad ea liberanda conseruandaque pertinent: Hostem
tanto maiori cum damno vexant, quanto ei viciniores sunt:
huius generis erant Caletum, dum in potestate Anglorum es-
set. Talia quoq; sunt loca, quæ Lusitani & Castellani habent in
Africa, sed castra in tua ditione exstructa, non alio seruiunt,
quam quod tua defendunt, sed cum magno tuo incommmodo,
quotiescumque enim inuaduntur, turbis strepituque inuolui-
ciosq; partem hosti predæ cedere. Sed vt ad Regem Sueciæ
reuertar tantum is in defendis suis ditionibus, Mosco
potiore est, quantum vires maritimæ terrestribus
coniunctæ, prævalent, aduersus Princi-
pem terrestribus tantum vi-
ribus in structum.

REX POLONIAE.

Poloniæ regnum nunquam tam amplum fuit quam nunc
 est, quod Magnus Ducatus Lithuaniae & Liuonia ei adiun-
 cta sunt: Extendit se à flumine Notes & Obra, (quæ id à Marchia
 diuidunt & à fluo Odera, qui ipsum, à Silesia distinguit) ad
 Beresiam & Boristhenem usque, qui ipsum à Moscouia sepa-
 rant: A Mari Balthico, ad flumen Niester, quod id à Moldauia
 distinguit: & ad montes Carpathios, qui ipsum ab Hungaria
 separant usque, Occupat itaque à finibus Silesie, ad terminos
 Moscouie usque, inter Occasum & Ortum 120. Miliaria Ger-
 manica: Nec minus ab ultima Liuoniæ parte, ad fines Hunga-
 riæ usque. Cum itaque talis sit eius forma, ut cum rotunditate
 participet, multo capacius est, quam quisquam credere posset:
 Multas amplasq; Prouincias continet: Nempe Poloniæ ma-
 iorem & minorē, Mazouia, Prussiam, Russiā, Volhiniam, Liuo-
 niæ Lithuania. Inter eas Prouincias, Polonia, à Polonis in-
 habitata inuenta fuit. Prussiacum parte Pomerania Podolia,
 Volhinia, Mazouia, Liuonia armis acquisitæ sunt. Lithuania,
 cuius erat Samogithia, & Russiæ pars, patrimoniales familiae
 Iagellonicæ fuerunt. Anno enim 1380. Iagello, tunc dux Lithuaniae
 duxit in uxorem Hedwigim Principem, quæ familia Rega-
 lis Poloniæ ultima erat, factusque fuit Rex tribus conditioni-
 bus, Vna fuit ut Christianus fieret: Altera, ut suos ad idem faci-
 endum induceret: Tertia ut suam ditionem Poloniæ vniaret:
 Ea condicio nostris temporibus (cum familia Iagellonica de-
 defecisset) ad impleta fuit. Cum enim Reges, seditione hereditaria,
 cuius merum habebant imperium, priuare nollent, & eā
 electioni submittere, distulerunt semper ad impletionem con-
 uentionis, allegantes Proceres & populum Lithuaniae id non
 passuros, ne illa auctoritate, amitterent gradum & digni-
 tatem. Tandem tamen cum ab una parte, viderent deficere
 stirpem suorum Principum (quæ quod ad masculos attinet, de-
 fecit in Rege Sigismundo Augusto) Et ab altera parte sibi me-
 tuentes à potentia Moscorum, consentierunt ut vniarentur:
 Liuonia fuit quondam equitum Teutonicorum, qui in ea suū.

Præfectum specialem, qui Magnus Magister dicebatur, habebant: Sed cum, Anno 1558. à Magno Moschorum duce, maxima ditionis parte spoliati essent, confugerunt ad Sigismundū Regem Poloniæ, qui eos in suam conseruationem suscepit, sed Liuonia ante liberata non fuit, quam cum Anno 1582. Rex Stephanus id fecit. Regni Poloniæ pars plana est. Exceptis enim aliquibus montibus, qui in minori Polonia visuntur, & ali quibus potius collibus quam montibus, quibus à Prussia distinguuntur omne reliquum, explicat se in latissimos campos. Verū quidem est, quod in eo regno, satis multæ sylvae sunt, præcipue in Lithuania, quæ ijs occupatur. Minor & maior Polonia frequentius inhabitantur quam villa alia huius regni Prouincia: Idem dicendum fere est de Russia. Prussia & Liuonia, propter oportunitatem maris, portuum, & fluminum, quæ ibi concurrunt alijs prouincijs, ciuitatibus & fabricis ornatores, Commercijs, quoque, & concursu mercatorum ditiores sunt: Cum enim ibi diu dominati sint equites Teutonici, edificarunt ciuitates in morem Germanorum: Arces quoque & loca præclara, quæ se extendunt ad longum littoris maris, amplius quam per octingenta Miliaria: habent multos & oportunos Portus, dominaturque omni mercatura, inter Poloniam & mare Balthicum. Est ea res magnæ consequentia: Fluuius enim Vistula, qui ortum habet in extremitate Silesiæ, transfluit totam Poloniæ minorem, & partem majoris, Mazouiam, & Prussiam, condit se mari Balthico, infra Gedanum, quod conductus, per plusquam quadringanta miliaria nauigationis, (quo spacio recipit diuersos alios fluuios) bonam partem filiginis, frugum, mellis & cere regni. Ab alia parte Duina flumen nobilissimum, (quod oritur ex lacu Ruthenigo auctum aquis, findensque medium Liuoniam) condit se mari sub Riga, ad quam urbem magnus concursus est. Sunt præterea in Prussia & Liuonia multi lacus, inter quos unus est, qui mare nouum dicitur, quia antiquus non est, ad centum miliaria in longitudinem extenditur. In Liuonia est lacus Peibas, plus quam 40: miliaria longus. Ex eo flumina, quæ Pernouiam urben ad mare, & Naruam alluunt, fluunt, faciuntque duos Portus satis celebres: Inter dictas ciuitates sita est Revalia urbs, quæ duabus supra dictis ciuitatibus non cedit.

cedit. Samogithia alijs Prouincijs incultior est, retinetque plus barbariei: Podolia alijs magis deserta, quod terræ virtus non sit, (ea enim copiosissima est omnium rerum, quas fert clima, cui subjacer) sed culpa in Tartaros conferenda est, qui eam suis excursionibus adeo infestant, ut præ ipsorum metu, aut fugiant incolæ, aut abducantur in captiuitatem à Tartaris.

O P E S.

P oloniæ opes consistunt, in copia frumenti, frugumq; omnis generis, quibus tanta copia abundat, ut anno elapso, qui fuit 1590 & anno præsenti, partim subuenierit necessitatibus. Genuesium, Thuscic & Romæ (non solum gentium, quæ vicinio reserant) vbi fame, non caritate extrema tantum laborabatur. Abundat quoque Polonia, melle & cera infinita: Cum enim omnes hæ Prouinciarum Septentrionales Polonia, Lithuania, Russia, Moscouia, à natura vino donatae non sint, eius loco contulit illis mellis quantitatem incredibilem, ex quo hi populi, inter alia conficiunt potionem delicatam & sanam. Apes melificant partim in sylvis, vbi arbores aut carie, aut hominum industria, excavatas reperiunt, aut in Aluearijs, quæ rustici in campis posuerunt, aut in terræ puteolis, omnique in loco, vbi vel minimam oportunitatem reperiunt. Abundat quoque Linno & Cânabe, gregibus & armentis, equis quoque bonis & mulitis, sylvestres equi quoq; satis frequentes sunt. Inter sylvestria animalia est Bisons, & magna Bestia, equi indomiti, boves colore nigri, qui extra sylvam, quæ in Nazouia est, non viuunt. Thesauri regni consistunt in salinis Bacena, & Veliscæ, quæ loca in territorio Craçouensi sunt. Diuitiæ Poloniæ ut plurimum inter dominos & nobiles, satis bene diuisæ sunt: nemo enim expatrimonio, adeo diues est, ut alios præter modum superet, nec maximæ redditus excedunt 25 aureorum millia. Soli duces Curlandia & Regij Montis excedunt mediocritatem: Quamuis enim hi tanquam regni feudatarij, Regem in superiorum agnoscant, non sunt tamen viua membra regni: Non veniunt ad comitia regni, Non habent suffragia in electione Regis, Nec partem in regni, Nec pro dominis naturalibus habentur,

Fed pro extraneis, sicut vere sunt, Dux Curlandiæ nempe ex familia Ketlerorum. Dux Regij Montis autem, ex familia Brandenburgica. Omnis Prussia fuit olim Equitum Teutonicorum qui ibi habebant (sicut ante diximus) Magnum Magistrum specialem. Qui cum viribus Polonorum resistete non posset, submisit se tanquam feudatarius, Regi Casimiro. Cum deinde Magnus Magister Albertus Brandenburgicus, Luthoranum amplexus esset, factus est ex magno Magistro dux Prussiae, quæ tunc induas partes uit diuisa: In regiâ nêpe, quæ immediate sub corona permanxit, Et ducalem, quæ tanquam Feudum Alberto & eius successoribus relista est. In Regia partæ sunt Marienburgum, Torouia, Culma, Varnia, Gedanum: Ducalis partis (quæ reddit 120. aureorum millia annui reditus) caput est Regius Mons, quam Germani ciuitas appellant Königsberg / ubi Dux Aulam habet.

REGIMEN.

Polonia regimen potius Reipublicæ, quam regni est, quod nobiles (qui magnam autoritatem, in Comitijs regni obtinēt) Regem eligunt, dantque illi autoritatem, quam volunt, tamen ipsorum potestas maior fit. De electione Regis non habent legem, nec Statutum aliquod, non regulam aut formam scriptam nec traditam: Tantum hoc scitur apud Archiepiscopum Gesnensem. Interregni tempore, supremam autoritatem esse: ipse denuoiciat Dietas, præsidet in Senatu, proclamat novum Regem. Et quod, cum Archiepiscopo Leopolis, & suis Suffraganeis qui tredecim: Palatinis qui 28: Castellanis maioribus, qui 30. numero erant antequam Rex Stephanus instituisset nouos Episcopos, Palatinos & Castellanos in Liuonia, quæ ipse acquisuerat pauci alij intersunt Regis electioni. Habent ibi quoque quandam autoritatem. Nuncij Terrestres (ita appellant, quosdam quasi Agentes Circulorum nobilitatis, qui in Provincijs habentur): Comitiorum tempore conueniunt hi, in loco Senatui vicino, eligunt ibi duos Marescallos, per quos significant Senatui, quid desiderent, sed cum autoritate fere Tribunitia: Creuit enim paruo abhinc tempore, eorum autho-

authoritas extimatioque in tantum, ut authores, & capita potius, quam ministri, & participes deliberationum publicarum. regni sint, sicutque unus, qui exemplo Clodij, renunciauit dignitati Senatoriae, ut fieret Nuncius. Hi omnes simul, cum nouus Rex eligendus est, restingunt magis & magis potentiam Regis nec eam nimis excrescere sinunt. Quamuis autem corona Poloniae, à decreto nobilitatis dependet, non tamen legitur ipsos unquam successores Regios exclusisse, aut preteriti, nec regnum in aliam familiam translatisse, excepta una nec regnum in aliam familiam translatisse, excepta una vice, cum Ladistaum deponentes (qui tamen postea fuit restitutus) elegerunt VVenceslaum Bohemum. Filiarum Regum quoque semper ratio habita est, sicut olim Hednigis, quae Jagelloni ab ipsis collocata fuit, & nostra aetate, Anna, quae Regi Stephano, in uxorem data. Sigismundo tertio non parum profuit, natum fuisse Catharina, Sigismundi Augusti, & Annae sorore, ut coronam Poloniae adipisceretur. Etsi autem Regis autoritas ita ab electione dependeat, eius autoritas tamen, cum electus est, in multis rebus absoluta est. Ipsius muneris est conuocare dietas assignare tempus, & locum ut ipsi placet: Eligit consiliarios laicos: nominat Episcopos qui deinde manent Consiliarii. Est absolute patronus reddituum coronae, & dominus eorum qui ei immediate subsunt: in nobilium subditos nullum eius. Est absolutus executor decretorum in Dietis factorum: Est supremus Iudex nobilium, in causis criminalibus. Habet in manu omnes modos remunerandi beneficioque afficiendi, quos ipsi placet. Ut finem faciam. tantum potest Rex, quantum ipse dexteritate & prudentia valet: Propter rationes supra dictas, vivunt nobiles in Polonia, in magna libertate, faciuntque quod ipsis placet. Decreta Regis (sicut ipsi metu dicunt) non durant plus quam tres dies: Versantur cum Rege, non tantum, tanquam cognati (quod faciunt Franci) sed ut fratres. Sicut Rex cum plenaria autoritate, eos qui ipsi immediate subsunt regit, Ita & nobiles disponunt in dependenter, de suis vassallis, in quos, ipsorum unusquisque, imperium plus quam Regium est, habentque ipsos fere pro mancipijs. Stabiliendo suo Imperio, fecerunt Poloniae Reges, rem notatuadmodum dignam: Sicut

Sicut enim Romani suas vires amplitudinemque auxerunt, comunicando Ius Latij, & ciuitatis Romanæ, alijs ciuitatibus; immo integris Prouincij: Ita & Reges Poloniæ extenderunt; vniuerunt, firmaruntque suū Statum, participes faciendo privilegiorum nobilitati Polonicę propriorum, Prouincias armis aut alia via acquisitas, ipsarumq; nobilitatem, Polonicæ nobilitatice & qualem faciendo. Rex Ladislatis, hoc modo aggregauit immo vniuit Poloniæ Russiam & Podoliā: Sigismundus Augustus Lithuaniam. Stephanus Liuoniam. Aequalitas enim, in commoditatibus, & honore, reddit animos vniuersos in necessitatibus & periculis.

V I R E S.

HVius regni vires, sicut & aliorum, consistunt in commeatu, pecunijs, peditatu, equitatu, armis & munitionibus. De commeatu diximus supra: Pecunijs quidem non admodū diues est: Excipiendo enim Portum Gedanensem non habet, Emporium alicuius estimationis: Merces autem quæ ex Portibus Prussiae & Liuoniae euehuntur, non ditant regnum pecunia, immo, vix pannis, seryco & lanæ, quæ ex Flandria & Anglia: Vino, Saccharo, Aromatibus, fructibus, quæ ex Hispania, & Lusitania aduehuntur, sufficiunt. Eo usque ab alia parte quoq; deseruit Vinum Maltaticum sive Creticum, cuius dolium 70. attireis venit. Cum denique regnum mercaturæ addictum non sit, nec ciuitates mercionis deditæ sint, Nec populi industria polleant: Nobilitas autem magnanima sit, profusa in expendendo, Et in victu & vestitu plus quam in redditu habet, consumit: Et quod condimenta ciborum (absumunt enim Poloni plus aromatum, quam vlla alia natio) vinum, panni è seryco, & potissima pars laneorum ipsis ab extrancis adferuntur, fieri non potest, vt regnum Auro & Argento dites sit. Opes enim vniuersalesque regni consistunt in eo ut multæ merces inde euehantur, patucæ inferantur: Ut excentia pecuniæ exterinas eo trahant, illata non efferant. Ea in re consistunt opes regni Neapolitanæ & ducatus Mediolanensis: Illud emittit maximam frugum Vim, Olei, seryci, croci, equorum, fractuum, & aliarum rerum quantitatem,

titatē, quę maximā extēnarū pecuniarū vim eo pertrahit: Hęc suppeditat multis regionib. frumenta, Oryzā, pānos ferramēta & merces omnis generis, recepitq; parūrerū. Si regnū Neapolitanū & Regnū Siciliæ, ita abūdarent operis artificiose factis, sicut fructibus & bonis, quę natura largitur, diuites sunt, nulla alia Regna eis possent cōparari. Sed vt ad Poloniā reuertamur eius Reditus nō sunt adeo tenues sicut aliqui existimāt. Redi^r enim Regni, qui ex Minēris Salis, & Argēti percipiūtur accēdūt ad sexcēta Aureorū millia quotānis. Verū quidē est, Sigismundū Augustū, redituū partē oppignorasse, Rex quoq; Henric⁹, vno ante fugā mēle, vt sibi vnā nobilitatis partā obligaret, ex Reditibus plus quā pro trecentis Auteorum millibus quoquo anno alienauit. Rex quoque potest, applicando coronę bona caduca, quę Reges priuatis personis concedere solent, sibi magnos Reditus parare Dictorum Redituum, magnā partem potest Rex, sibi seruare, sumptibusque parcere: Eos enim faciunt Lithuani, quando Rex cum Aula in Lithuania degit, idem quoque sit in maxima Poloniæ parte. Hoc parui non facit is, qui perpendet Scotiæ, Nauarræ Sardiniae regnorum reditus, non excedere centum Aureorum millia quotannis: Nec regna Aragoniæ, quoquo triennio, plusq; centū millia aureorū pendere. Reditus Regis Angliæ antequam usurpauit bona ecclasticorum, non excedebat sexcenta aurorum millia quotannis. Rex Poloniæ multo plus redituum haberet, si erga suos Palatinos & Castellanos, tanta liberalitate non vteretur. Concedit enim vt plurimum duas partes tertias & fere semper omnes reditus, quos in ipsorum gubernationibus habet. Sed in necessitatibus bellicis & arduis expeditionibus (facto decreto in Comitijs regni) grauat. Rex populum magnis impositionibus, aut tributis quę ex territorijs percipiuntur, aut ex vestigali ceruisijs ascenduntque ea tributa ad tales pecuniarum summam, vt ea Rex Stephanus sustinuerit onera grauissimis triennalis belli, quod cum Magno Moscorum duce gessit. Sed illud niamaximum est, quod nobiles proprijs expensis, pro defensione regni, Regi inservire obligati sunt. Seruiunt hie equi, armis instructi partim sicut nostri cataphracti equites, partim aliquanto leuioribus, partim sicut Tartari, dicuntur hi Cosaci, chī horum

chi horum ats est furati, depopulari, omnia vastare pessunda-
reque. Eunt in bella pompose ornati sagis & vestibus, quæ Au-
ro, Argento, milleq; varijs coloribus discriminantur. Ornant
se quoq; pennis & alis Aquilarum, exuuijs Leopardorum & vr-
forum, vexillis Labarisque multis varijsque. Hæc aliaque orna-
menta ipsos suis visendos, hostibus terribiles faciunt sñosque
animos ad feritatem ferociamque incitare possunt. Ipsorum
cqui medioctres sunt, sed agiles, & Germanicis longe animosio-
res. Aestimatur Poloniā, necessitate exigente cētūm, Lithua-
niā 70. equitūm millia colligere posse, sed tantum circiter cē-
tūm equitūm millia, educi posse existimant aliqui. Verum qui-
dēm est, quod equi Lithuanici Polonicis longe inferiores sunt.
Fidunt Poloni tantum magno numero sui equitatus, vt non ve-
rentes ullius hostis vires, parum de Munitionibus extruendis
folliciti sint, eumque in locis apertis, aduersus hostes, pro pa-
tria, liberis, libertate, omnibusque suis bonis, magno animo
pugnaturos credunt. Hostibus se nunquam, etiam in quacum-
que fortuna, terga obuertere profitentur. Sigismundus Angu-
stus tentauit, vt in Comitijs regni, deliberaretur de munienda
Cracouia, propter Cesarij vicinitatem, sed eis id persuadere
nunquā potuit, tum quod nolint Regibus medio præsidiorum
commoditatē dare, inuadendi merum Imperium & absolu-
ram dominationem: tum quod dicunt, sua peccora defenden-
do regno sufficere. Pedestrē militiam non habent, quod om-
nis Regnipopolis diuisis sit in mercatores, & artifices (qui op-
pida incolunt) rusticos, & villicos, qui turi in tali subiectione
(sicut dictum est) degunt: Sunt itaque arma in manibus nobili-
um tantum, qui pedibus non militant. In necessitate peditibus
Germanicis & Hungaricis vñ sunt, habuitque Rex Stephanus,
in expeditione Liuonica, sub signis, plus minus 16. peditum
Germanorum & Hungarorum millia. Ducendis tormentis
bellicis, cuniculariorum & fossorum loco vtuntur Tartaris &
suis rusticis. Quod ad tormenta bellica, eorumque apparatus
spectat, Regnum ijs satis instructum est: Tum quod nobiles il-
lorum satis in suis Arcibus habent, Tum quod illorum indigen-
tiā pati non possit, ob Germaniæ vicinatē, quæ Metallo-
rum ferax est, habetq; multos magistros fundendi tractandiq;
tormenta,

tormenta, & id omne, quod ad usum armorum facit. Tanto
 quoque tormentis instructior est Rex Poloniae, quanto mino-
 rem Arcium numerum habet. Sunt tamen non parvae conside-
 rationis Arces Leopolis, & Camenz in Russia, Arx Cracoviæ
 sis in minori Polonia, Poloscensis in finibus Moscouiae, Mari-
 emburgi & aliquorum opidorum in Prussia, & in Lithuania, que
 oppida non à Polonis, sed ab Equitibus Teutonicis (qui earū
 domini erant) munita sunt. Poloniae vires, quas commemora-
 uimus, sunt & numero & natura tales ut pauca Europæ regna eas
 exquent, non superent. Una res eis deest, nempe agilitas: Sed ad
 firmitatem cuiuscumque Status quatuor res requiruntur, nem-
 pe ut vires sibi propriæ, numerosæ, validæ, & agiles sint: Pro-
 priæ, quia ægre ei credi potest, quod alterius est: Numerosæ, ut
 in rebus aduersis, & incommodeis, semper aliquæ supersint: Va-
 lidæ, quia numerus, absque fortitudine parum iuuat, immo po-
 tius molestiam, quam auxilium adfert: Agiles ut facile colli-
 gi possint, impellique quo exigit necessitas. Polonis deest di-
 sterum quatuor qualitatum ultima, agilitas nempe: quæ à
 rebus duabus dependet: Una est Principis authoritas; Al-
 tera, prompta pecunia. Rex potestatem non habet in Polonia
 aliquid decernendi, bellum indicendi, onera ad conflandum
 pecuniâ imponendi, absque consensu Comitorum. Sed Co-
 mitia & consultationes, quibus multos interesse opus est, simi-
 les sunt Machinis ex pluribus partibus multisque Instrumentis
 constantibus, quæ progressum alicuius momenti, nō nisi longo
 tempore faciunt: Sed in rebus bellicis sunt ijs Principes expedi-
 ditissimi, qui soli imperare possunt: qui pecunias in promptu
 habent: Alioquin, in indicendis disponendisque Comitijs, ut
 decreta propositioni respondeant, deinde exequendo, colli-
 gendoque pecunias, tantum temporis iactura fit, ut ad expeditio-
 nem parum supersit, fugiatque occasio. Barones & nobiles Po-
 loni tam magnos sumptus faciunt inuisendo Comitia, heren-
 tes degentesque in ijs, ut ad bellum vires non supersint. Fieri
 posset ut ad defensionem Status promptior expeditiorque re-
 solutione inueniretur; quod imminentis periculum omnibus pa-
 tuorem incutiat: sed ad aliquid acquirendum credo ibi futurâ
 magnam tarditatem: Speciem boni non adeo afficit, quam

timor mali: Vidimus tamen Moscum abstulisse Sigismundum Augustum Statum Poloscensem & Smolocensem nec hic tam per sentij & vindicavit, sicut tanto Regi regno que conue niebat. Idem Moscus absque obstraculo iuuasit Liuoniam quæ se sub umbra, & protectione Sigismundi Augusti contulerat. Tempore quoque Henriei Andegauensis Regis Poloniae, Iohannes Moldauiæ Princeps (qui magno animo & claris victorijs, per aliquod tempus bella aduersus Turcas gessit) à Polonijs præter pacta foederis, inter ipsum & Sigismundum Augustum, desertus fuit: Dicamus tamen vires Poloniae, per se numerosas independentes & validas, tantum agilitatis & prædictitudinis, habituras, quantum in Rege valoris, roboris & efficacie erit. Eius rei fidem fecit Stephanus Bathoreus cuius tempore Polonia non solum conseruauit sibi nomen & existimationem regni quod se à viribus extraneis defendere queat: sed quod etiam magni momenti acquisitiones de potentibus hostibus facere valeat. Cum autem dixerimus de agilitate, quæ res, viribus cuiuscumque Status necessaria est, non preter institutum erit, causas ipsius agilitatis adiungere. Precipuæ sunt (sicut diximus) autoritas Principis, qui motum dat, & vis pecunie quæ ipsum conseruat: Vidimus enim potentissimos exercitus, propter rapiditatem corporemque capitus, tempus inutiliter triuisse: & præclarissimas victorias, nullum fructum peperisse aut fecisse propter pecuniarum penuria sine qua moueri non potuere milites. Multum quoque ad rem facit militum qualitas: Negari enim non potest, peditem Germanum & Bohemum ab agilitate, laudari non posse, quæ laus absque dubio, Italo, Hispano & Franco debetur, non ob id solum quod corpore melius constituti sint, sed quod plus est, quod in bello, minori contenti sint: Quamvis enim unum non habeant, non pauent: nec cadunt tanimis si carnes, desunt, & quomodo cumque cedat, ferunt diutius in opiam & incommoditates. Leuis equitatus magis agilis est, quæ Cataphracti. Et tractatio Sclopotorum, quam lancearum. Id considerantes Franci, ultimis billis lancearum usum, in quibus ipsorum militaris gloria consistebat reliquerunt, vtunturque earum vice Sclopeticis, sicut Equites Germani ensi. Sed quo iudicio id secerint excutiet alius, Hic non dico, equitem leuioris amaturæ,

maturæ, in rebus bellicis absolute cataphracto esse meliorem id dico, quod expeditior, promptiorque sit. Multum quoq; facit genus equorum: Flandrici multum superant Physicos & Germanicos: nec minus præstant Hungarici Polonicis. Asturco, Turcicus, Barbaricus predictis sunt velociores inter utrosque sunt equi Neapolitani, qui vernaculae Corsieri appellatur. Quamuis enim Asturconi velocitate pares non sunt, perdurat in labore, ferunt melius pondus armorum, nec tardi sunt. Ut quod verum est dicatur: Experientia docet equitatum Germani cum propter eorum tarditatem aptum non esse ad inseguendū fugientes, nec ad effugiendū hostes. Si enim Valacchici, Hungarici, Polonici, Turci, Mauria Barbaricci equites Germanicos fuderunt, non possunt effugere, si illi autem rupti sunt, non possunt equi Germanici illos inseguiri. Falconum enim instar aggrediuntur hostes rursusq; auolant longissime. In expeditionibus Maritimis, agiliste parum valent naues, destitutæ enim vento moueri non possunt neque verti, Aliquantulum, sed parum amplius faciunt magnæ actuariæ naues, sed velocitate præstant maxime Triremes, quas Galeres vocant. Vidimus itaque classes Christianorum, quorum vires in nauibus sitæ sunt, bonam estatis partem temporisque expeditioni comodi, in progrediendo, triuuisse. Turcicas autem classes, cito institutum cursum effecisse. Nulla autem res Turcis in sua agilitate plus commodi contra nos adfert, quam ipsorum parsimonia, & nostra ingluies Vinū enim, similesq; deliciae sunt nostris exercitibus tanto impedimento, quanto Turcis commeatus simul Mirum itaque non est, quod ipsi omnes expeditiones eant, quam optime instruti, tormentis globis puluere sulphureo & omni, commeatu: (ijs enim rebus currus terra, Triremes Mari onerant) non vino, pullis, similibusque non necessarijs rebus, Eunt denique in bella vt pugnant, non, vt crapulæ indulgeant.

MAGNVS DVX

MOSCORVM.

Magnus Dux Moscorum dominus est amplissimæ regionis, inter cuius fines comprehenduntur multæ ditio-nes. Septentriones versus pertingit eius ditio ad Oceanum Sep-tentrionalem, protenditurque à Sinu Graduico, ad Obij flu-uum: à Meridie continuatur eius imperium, secundum cur-sum fluuij Volgæ, ad mare Caspium usque: ad Occasum attin-git fines Liuoniæ, habetque ferè pro termino Boristhenem, si-cut ab Ortu Volgam. Dicunt aliqui totum hoc imperium in longitudinem pretendi ad tria miliarium millia, in latitudi-nem ad mille, quingenta, quo spacio continentur is. Ducatus. 16. prouinciæ, & duo regna. Mosci quondam Tartaris subditi erant, nam Roido eorum Princeps Anno 1140. subiugauit to-tam Moscouiam, sed Ioannes primus Magnus Dux confisus discordijs Tartarorum, qui se mutuo vexabant, negauit eis Tri-butum. Progressum temporis, cum à Tartaris Precopēsibus supe-ratus esset Ammetes, ultimus successor Boidi, qui mortuus est Vilnæ, adiunxit Magnus Dux suæ editioni Permiam, Veatiam & lugriam, quæ Ammeti subditæ erant. Crescentibus itaque semper Magnorum ducum viribus, cepit Basilius Cazan, & Io-anne secundus Citrahan Prouincias, quæ nomina regnum habent. Ut dicatur quod verum est: Magni Duces valde dilata-runt suum imperium: Ceperunt magnum ducatum Seuerien-sem & Smolocensem, Bielschiensem, Prescouensem, Nouo-guardiensem, Iaroslauiensem, Roscouensem, partim à Polo-nis, partim ab alijs Principibus. Occuparunt magnam Lituonię partem, feceruntque se terribiles vicinis. Principes & prima-riæ ciuitates harum prouinciarum sunt Mosqua, ubi Metropo-lita habitat: Roscouia & Nouoguardia sedes Archiepiscopo-rum: Cortisa, Resania, Columna, Susdelia, Casanum, Vologda, Tueria, Smolenco, quæ Episcopatus sunt; Deinde Plescouia, Porcouia, Staricia, Sloboda, Iaroslauia, Volodomeria (vnde Imperij sedes transalata est, per Ioannem 2. in ciuitatem Mos-quam) Mosaico, San Nicolaus, Sugana, Vstiid, Cargapolia. Princeps

Princeps habitat in ciuitate Mosqua, quæ nomen sumit à Mos-
co flumine, quod 90. miliaria altius oritur. Fuit ciuitas Mosqua
quondam maior, quam nunc est, habebatque in circuitu nouē
miliaria, sed postquam Anno 1570. direpta, flammisque tradita
fuit à Tartaris Precopensisibus, non habet nunc in ambitu vltra
quinque miliaria, stabulanturque in ea cum hominum 30. mil-
libus, boues aliaque talia pecora, secundum Relationem, quā
Posseuinus, non minus iudicio bonus, quam diligens scriptor
fecit. Nouoguardia cognomen magnæ habet, & tamen idem
scriptor ei non attribuit vltra 20. habitatorum millia, sicut &
Smolēzo & Plescouiæ: Quod mihi difficile creditu videtur, si
verum est, quod alij scribūt, scilicet, quod cum Plescouia obsi-
deretur à Stephano Rege Poloniæ, in ea fuisse 50. peditum, & 7.
equitum millia: Is numerus adeo magnus est, vt quamuis totus
ex indigenis compositus non fuisset, requirit tamen frequenti-
am hominum supra dicta maiorem: Vbi enim Princeps intru-
dit implicatque 57. pugnatorum millia, necesse est, vt ordina-
rius inhabitatorum numerus multo maior sit. Volūt quidam
hanc regionem, præteritis temporibus, frequentius inhabita-
tam fuisse, sed quod postea, tribus de causis habitatoribus infre-
quentior facta sit. Prima fuit pestis, (res noua in Moscouia) quæ
multa hominum millia abstulit: altera Principum crudelitas,
qui multos, potissimum nobiles occiderunt: Tertia excursio-
nes, & deprædationes Tartarorum Precopitarum, & Nagai,
qui nunquam quieti sunt, nec vicinos quietos sinunt: Non de-
prædantur solum agros, sed & abducunt totos populos, quos
postea vendunt Turcis alijsque gentibus. Ut uno verbi dicam
Magnorum Ducum irruptiones in longin quas regiones mag-
nam fecerunt vastitatem. Nulla in re melius perspicitur Prin-
cipis prudentia, quam in bene dispiciendo, quæ expeditio suo
Statui sit futura damnosa aut vtilis, & dum duci se non patitur
vana specie amplitudinis arripiendæ, quæ non sit ei futura fir-
ma & stabilis, sed securitatem suam turbatura: Is enim, qui ea
spedictus, vt statum suum amplificet, eum aut populo, aut opib-
us eneruat, mihi similis esse videtur illi, qui vt muros & recta
sua domus altius tollat, conscindit fundamenta edificij: Toti-
us dignitatis caput est conseruare, sed acquisitiones illæ, quæ fi-
nnit di-

unt diminuēdo vires proprias, illi Legi aduersantur: Et cum ac
quesitiones sint tanquam insitio[n]es, conditionem imperij me-
liorē, non deteriorē facere debent: Sicut enim sūt insitio[n]es,
aut ad nobilitandam, aut ad domesticam reddendam arbo-
rem siluestrem: aut ad plantam infrugi feram emendandam,
& vt fertilis sit faciendum, ita & expeditiones Principum, ta-
les esse debent, vt commoda & beneficia referant, alias sunt in-
utiles labores, qui plus destruunt, quam ædificant, & plus per-
turbationis quam securitatis reddunt. Eiusmodi sunt ordina-
rie bella, quæ mouentur ad acquirendum regiones longe dissi-
tas, quæ nihil contigui cum nostris habent: & cum tam procul
absunt, requirunt maiora præsidia, quam nostræ facultates vt
eas conseruemus, ferunt. Omnis itaque delib[eratio] expeditio-
nis, tribus capitibus inniti debet: Prima est causæ æquitas: Alte-
ra facilitas vincendi: Tertia fructus victoriæ: Bella autem quæ
suscipiuntur, sine spe alicuius fructus, sunt meræ amentiæ Mag-
ni Duces, sepe terminos sui imperij dilatarunt, sed potentiam
non auxerunt. Nemo expeditiones longinquieres, maiorum
que expensarum fecit, quam Magnus Dux Ioannes. Ccepit enim
regna Cazā ad Volgam, & Astrachan ad mare Caspiū: subiuga-
uit bonam partem Liuoniae: In quibus expeditionibus perijt
magthus hominum numerus, in itineribus, in prælijs adsultibus
ferro, morbo, fame, alijsque incommodis. Postquam ea acqui-
suit, opus ei fuit: ibi habere magna præsidia, deducendo eo, to-
tas colonias: Cum itaque homines essent longe à domibus,
implicati aut in acquirendo alieno, aut in conseruando parte,
manserunt domi vxores, quasi viduæ absque prole. Cum itaq;
homines in extremis regni finibus consumebantur, reman-
sit regni meditullium tanquam cor exangue, priuatum ali-
mento. Cumq[ue] ab Stephano Rege Poloniæ impeteretur, de-
fuere ipsi domi vires, ad resistendum, amisit itaque Poloniæ
aliaque magni momenti loca, quæ ei erecta fuere, ac necesse
habuit cedere Poloniæ totam Liuoniæ. Ut ad nostrum insti-
tutum reuertamur: Moscouia magna ex parte, est occupata sy-
uis immensis, & Lacubus. Siluæ sunt tam i Hercinia, quæ se per
totum Septentrionem diffundit, sed plus forsitan in haec pro-
vincia, quam in alia. Hic arbores immensa[m] magnitudinis vidē-
tur, sunt

tur, suntque propter earum spissitudinem solis radijs inipenc-
trabiles: Ex ijs arboribus incredibilis Resinæ & picis quantitas
effluit: Hic producitur copia mellis & ceræ inexhausta: Apes
enim absque cura humana, faciunt Aluearia in corticibus & ca-
uitatibus arborum. Hic est copia omnis pecoris & ferarum: Vr-
si, Martures, Zibellini, Lupi, ex quorum pellibus fit diues mer-
catura. Ex his syluis exscinditur fere omnis materia, tam do-
mibus quam munitionibus fabricandis apta: muri enim ciuita-
tum fiunt ex trabibus simul coniunctis in quadrante, imple-
tes vacuum gleba, & terra: Faciunt quoque ex eisdem trabibus
turres, tantæ altitudinis & crassitudinis, ut omne tormentum
bellicum quantumvis magnum ferant. Cito flammis corripi-
untur, sed non tam cito cedunt quassationi quæ fit tormētis bel-
licis. Disputant aliqui quales munitiones meliores sint, num
ex lapide, aut ex calce, aut ex terra: Pro vltima sententia addu-
cunt tales causas, quod citius fiant, & minori expensa, melius-
que resistant quassationi, & quamvis facile destruuntur, refici-
antur quoque breui tempore si faciliusque mutatur (si casus &
occasio necessitasque requirit) latus ex terra constructum, quā
ex lapide. Sed his non obstantibus debent preferri munitiones
qm̄ muros ex lapide habent: Cum enim quatuor modi offen-
dendi munitionem sint, Tormenta, Cuniculi, Ignis, Excisio
(quæ ligone & sarculo fit): Murus ex lapide, forte minus resistē-
do, quam terra cedendo tormentis bellicis præstabit, sed ad-
uersus cuniculos, ignem, & excisionem, longè excellit murus
ex lapide. Et ad iungendum muro quod in munitionibus, ex
ligno & terra constructis, boni est, eriguntur Aggeres intrinse-
ci. De Aquis nihil opus est dicere. Moscouia enim est mater flu-
uiorum & lacuum: Duine, Borysthenis, Volgæ, Desuæ, Onegæ,
Mosæ, Voliscæ, & fama celeberrimi Tanis: Lacus Inę, ad quem
est Magna Nouegardia: Voloppo multorūq; aliorum. Aquarū
abundantia reddit aërem magis frigidū, quam generationi ani-
malium, & propagationi plantarum requiritur, etsi frigus calo-
re salubrius esse æstimatur. Pecudes paruae sunt, & segetes ali-
quando non perueniunt ad maturitatem, Terra fere ab aquis
absorpta, vt plurimum leuis est, & arenosa ideoque & siccitas
& pluuiia immoderata facile consumunt fruges. Hyems durat

nouem menses paulo plus aut minus, & tamen hic copia est frumentorum, hordei & pascuum, & ex consequenti carnium, tam ferinarum quam mansuetarum. Mosconia producit Poma, Nubes, Corylos, aliorum fructuum vix habent noticiam Mosci. Ex piscibus faciunt magnum lucrum, eorum siquidem maximum abundantiam habent. Indurant eos, frigore & vento, sicut fit in Norvegia, alijsque in locis Septentrionalibus, seruantque eos pro bona annona, tam in praesidijs munitionum quam in domibus priuatorum. Regione non est multum mercaturæ dedita, quia indigenæ suapte natura non sunt admodum industrij. Nec possunt ibi esse multa mercimonia ubi non florent artes & artificia: Tum quod Moscis non licet ditione sui Principis excedere. Ob has causas non habent ullum usum maris. Commutant tantum ea quæ Regio fert, nempe Pelles Resinam certam cum panno, alijsque quæ Armeni perferunt in Astrachan ad mare Caspium, & Angli ad Fanum Nicolai ad Sinum Graduicum.

R E G I M E N .

MAgnes dux Moscorum regit suos populos magis Despotice, quam ullus alius Princeps, quem nouimus: disponit enim absolute de personis subditorum, & ipsorum rebus: Ideo dicebat Mahumetes Vesirus, quod Moscus & Turca, soli inter Principes essent domini suorum Dominiorum, eaque de causa putabat, expeditionem Stephani Regis Polonorum, plenam difficultatibus fore. Ut in sua potentia & autoritate, se Magnus dux conseruet, vtitur artificio & industria incredibili. Primo non licet cuiquam suorum vassallorum, exire regni fines, sub pena mortis: Hac de causa nemo suorum subditorum nauigat, immo ne cum Legato loqui potest, nec vti opera externi medici, in suis morbis, nisi cum venia. Utitur apparatu inestimabili in vestitu, & addens ornatum Pontificium cum maiestate Regis, fert capite Mytram, Margaritis & gemmis preciosissimis nitentem, Si eam capite non gerit, habet eam coram se in suo Throno, mutatque eam ad ostentandam amplitudinem multis vicibus, In sinistra manu tenet Pastorale ditissimum,

sumum, idutus veste, aut tunica longa, illi non absimili, quam
 Papa gerit ingrediens sacrarium : digitos annulis aureis refer-
 ros habet, Imago Christi ad dexteram, & sanctissima Matris
 Virginis super cathedram in qua sedet, est. Regia & proregia
 camera plena est viris, vestibus auro depictis, vsque ad talos in-
 dutis. In ceremonijs ad Religionem spectantibus vtitur exqui-
 sita sagacitate solertiaque. Cum assidet mensa, quoties mutan-
 tur patinæ, aut vult bibere, multa signa Crucis edit. In ieui-
 nijs exhibet singularem venerationem & in templo p̄r deuo-
 tione frōte terrā percudit sicut & alij Ne alius, plus ipso scire pos-
 sit nullæ ibi schola præterquā in quibus docetur legere & scribe-
 re. Nihil legunt præter Euangelia, & aliquam historiam, aut de-
 scriptionem vitarum Sanctorum, aut homeliam Sancti Iohan-
 nis Chrysostomi aut alterius, habere ritque eum suspectum, qui
 demonstrationem faceret, se velle, in litteris maiorem pro-
 gressum facere, nec impure ferret. Id sapit, ne quis, plus ipso,
 aut quantum ipse faciat. Inde accedit ut Scribæ, nec ipsi-
 met Antiscribæ ordinarie, non scribant nec respondeant Lega-
 tis Principum externorum, nisi in quantum Magnus dux eis di-
 stat. Cum negociantur, nūquam Magnus dux nominatur, quin
 omnes asurgant in pedes, cum magna veneratione: Idem etiā
 ad mensam fit, quando ipse, ad bibendum iuitat, aut partici-
 pem facit suis patinæ quemcumque id sit in mille alijs simi-
 libus occasionibus. Docentur a pueris credere & loqui de ipso-
 rum Principe, sicut de Deo: Deus solus (dicunt) & Magnus do-
 minus scit hoc: magnus noster dominus, scit omnes res. Omne
 quidquid habemus, sanitatis & commodi, procedit à Mag-
 no Domino. Accedit inde, ut sui subditi, videntes tantam am-
 plitudinem maiestatemque, in suo Principe, nec aliarum quā
 eius rerum, noticiam habentes, reverentur ipsum, obediuntq;
 ei, non sicut subditi, sed tanquam mancipia, habentq; cum pro
 Deo potius, quam pro Principe. Non habet sub se dominosti-
 tulis insignes sicut inter nos sunt Duces, & Barones: Si ipse ali-
 cui pagum aut predium concedit, non transit ad heredes, nisi
 id ipse confirmet. Etsi ipse alij sea concesserit, villici tamen per
 soluunt ei portionem fructuum, debentque ei operas: Id in cau-
 sa est, ut unusquisque à nutu Magni ducis dependeat, & quanto

aliquis ditior sit, tanto ei plus debeat. Ut obuiet seditionibus, transfert integras familias, ex vno loco in alium mittitq; hos & illos, in præsidia longe à domo tanquam in exilium.

D I V I T I A E.

EX ijs, quæ dicta sunt, fieri potest Iudiciū de eius diuitijs opibusq; Cum itaque ipse adeo absolute omnium rerū dominus sit, vt tituro opera subditorum pro libitu, & tali parte ipsorum bonorum, sicut ipsi placet. Arrogat sibi ex ferarū exuuijs talem portionem ac vult, & ex piscibus omnis generis, q̄ātum vult: pellicea vendit aut dat dono, prout libet: Pisces vento siccati seruantur pro munitione. In foro nemo sua vendere potest, nisi Principis primum vendita sint. Mineras Auri aut Argenti nullas habet. Ciuitates mercimonijs celebriores, vnde ipse maximam reddituum partem percipit, sunt Astrachan ad mare Caspium quo deferuntur merces Persiæ & Armeniæ: & Fanum Nicolai ad Sinum Graduicum, quò appellunt naues Anglorum & Hollandorum oneratae ære alijsque mercibus quæ inde Vologdam ducuntur. Vbi sui Legati domum sunt reuersi, auferunt eis Lautia, quæ à Principibus acceperunt, dando aliquid in illorum vicem, & aliquando nihil. Ut finem faciam sibi meritit, capitq;, quidquid in sua ditione aut boni aut preciosi est. Putatur ipsum aliquē thesaurū habere, in Arcibus Mosq;, Jaroslaviae & lacus Albi, quod verisimile est. Magnus enim dux Ioannes spoliauit calicibus, reliquijs, crucibus, & argento totam ferre Liuoniam, nec concedit Aurum & Argentum sua ditione efferriri, nisi in redemptionem bello captiuorum, aliorumque, qui in captiuitatem abduerti sunt. Verum quidem est, quod amissioni Liuoniarum, quam Anno 1582. cessit Stephano Regi Polonię priuatus fuit ea regni parte, quę erat ditissima, propter commercium Maris Baltici, & meliori ditione quam habebat, in qua erant 34. Arces.

V I R E S .

Mvnimentum regionis consistit, & in pluralitate paludum fluminū m̄que, & in densitate nemorum. Iuvū ha-
bent Mosci, loca hostibus proxima depopulari, vt densæ syluæ
ibi crescant, quod & sit ob terræ humidatē, suntque eæ ciuita-
tibus, non secus ac Sepes ac Vallæ in munitionem. Multum labo-
ris id Polonis attulit vt enim sibi iter ad oppida hostium para-
ret, necesse eis fuit excindere syluas & magni temporis iacturā
facere. Habet aliquas Munitiones, quæ partim ex lapidibus, par-
tim ex lateribus, Italico more constructæ sunt, sed absque late-
ribus & arte ædificatoria: tales sunt Arcæ Mosquæ, Nouoguardiæ,
Pescouïæ, Porcouïæ, Stariciæ, Slobodiæ, Alexandri partim
ex gleba viminibus contexta & probè calcata, qualis est Smo-
lenczo. Sed ordinarie exstruuntur muri locorum fortium ex
magnis trabibus, inter quas constipant terram, relinquentia ad
defensionem foramina pro Pyrobolarijs. Talis ædificatio cō-
moda est defensioni, contra tormenta bellica, sed non resistit
igni. Subditi Magni ducis inseruunt suo Principi, in bello, si-
cuit ante de suo Regimine agentes diximus, sed se potius timere
pœnam (si se non strenue gesserint) quam promptitudinem
alacritatemque monstrant: Capitaneis ad nutum sunt, patiuntur
omnem incommunitatem, non curant frigus nec pluuias,
patiunturque incredibiter inediā famemque, paruo sunt cō-
tentī: Aestimantur itaque aptiores defendendis Castris, quam
prælijs campestribus: Illic enim multum valet patientia & to-
lerantia, Hic autem requiritur audacia animusq;. Poloni sunt
meliores conflictibus campestribus, quam propugnandis Ar-
cibus. Magnus Moscouïæ dux Ioannes, experientia edoctus de
suorum iguauiā, in velitationibus & prælijs & de Polonorum
audacia animisque, dicebat suos opus habere calcaribus qui-
bus impelleretur, Polonus freno quo retineretur, Vires præci-
puæ huius Principis consistunt in equitatu, sed quem equorum
numerum educere possit difficile dictu est. Nec tamen credo ip-
sum trecenta millia armis instruere posse (sicut aliqui dicunt)
habet enim ditionem vastam, & pro maiori parte incultam;

Ab Cassano enim Astrachanum vsq; vix inuenitur pagus quāuis inter ea opida, aliquot dierum, iter sit. Bello quod ei intulit Stephanus Rex Poloniae (qui tamen non ultra 60. millia tum equitum tum peditum habebat) ipse tantum militum colligere non potuit, quo nō dico se ei aperto marte obiiceret: sed nec potuit ipsum diuertere ab oppugnationib; Poloniae, Vicoluci aliorumq; locorū nec aut ab ob sidione Plescouiae, Anno 1570. penetrauit Princeps Tartarorum Praecopitarum, cum 80. equorum millibus, usque viscera sui Imperij, tradiditque flammis ipsam Mosquam urbem Regalem. Sed iij qui dicunt Magnum Duce 300. & Regem Poloniae 200. equorum milia educere posse, potius numerant capita equorum, quam equitum. Etsi enim tote equorum millia sint, non tamen omnis equus bello bonus est, nec unicusque equitandi ars, aut se armandi facultas est: Vni deest animus, alteri opes non sufficiunt, alteri vires corporis opus sufficiunt, alteri animi fortitudo que defiunt. Quamuis in Moscouia, tot equorum hominum que milia essent, quot illi dicunt, admodum difficile tamen esset, (immo vix possibile) eos in unum locum cogere, nec Principi, in hoc suppetenter pecuniae, nec commeatus sufficerent: Ducenti enim equi præliatores requirerent in Moscouia ter centum cili tellarios, ac alios totidem ministros, quibus omnibus oportet sufficere commeatus, sicut & Annonarijs, Mercatoribus, Artificibus, Famulis, qui in bello requiruntur. Necesse itaque esset totam Moscouiam, in unum cogi actum verendum, ne in tanto itinere ab una parte regni, in regionem directo contrariam & hominum & iumentorum vires labascerent. Quamuis etiā possibile esset, tantum numerum (sicut dictum est) equorum colligere, id tamen Statui non expediret. Necesse enim esset denudare confinia præsidijs, Provincias neruis, ciuitates Magistribus, campos agricolis: Inde clare apparet, Principem cuius Status 150. millia equitum cogere posset, abunde præstare, si tertiam eorum partem, in exercitum Regalem educat. quod debellis, non excursionibus scribunt aliqui, qui in affirmando magis moderati sunt, Moscum cogere posse 150. equorum millia, si necessitas se defendi id requireret, & quod Ioannes tertius eduxit in expeditionem Astrachanensem, 120. equitum & 20. pe-

& 20. peditum millia. Idem adortus est Liuoniam , tempore Regis Alexandri , magnis exercitibus , retinuitque ad huc alium ad Regni sui fines. Equitatu addidit Magnus dux Ioannes aliquot millia Pyroboliorum quos ipse instituit , inter quos erant multi externi milites , qui ipsi prestiterunt egregiam opem , in defensione suarum urbium. Quoquo secundo aut tertio anno , describit per Regiones bello aptos : In commentarios referuntur filij nobilium & numerus famulorum eorumque. Equites , ditiones principue utuntur thoracibus æneis , galeis & laminis subtilibus & tenuibus , quæ ex Persia adseruntur & lanceis. Alij gestant thoraces gossypio quam optime facti , qui sagittis resistunt : Hi utuntur Arcu , multieorum Scopeto , omnes ense & pugione. Et inseruiunt quoque Germani in bellis & Itali in fortificandis locis.

PRINCIPES FINITIMI.

MAgno Moscorū Duci iunguntur Præcopus , Princeps Tatarorum , Tauricæ , Chersonesi , Circassi , quinque mōtium (inhabitant hi regionem quæ se ad 7. dierum iter extendit regunturque à septem ducibus Heluetiorum modo) Tartarus Nogay: Reges succiæ & Poloniæ. A Præcopo recipit multum damni , nec eius pes est de sumenda vindicta , quod cum Turca confoederatus est Præcopus , instruiturque , à Turca Scopetis tormentisque bellicis , habetque in sua ditione loca fortia , cum præsidio Turcico , Itaque eum inuadere difficile factuarduumque esset : Concitatet enim in se potentiam illius. Precepito commodum est (sicut & pluries fecit) subitam excursionem facere in Provincias Magni ducis , sicut & potest facere in Provincias Regis Poloniæ diripereque obuia. Si magnus Dux subiugauit Tartaros Cassanenses , & Astrachanenses , accidit id beneficio tormentorum bellicorum quibus illi carebant. Duxit hic inter alia contra Cassanenses alias huiusmodi machinas . Temoni plaustrorum affigebat tabulam latam & crassam , cum multo foramine , traijciendo Scopeto & Mosqueto inventum : Cum itaque ipsi grauiter ferirent hostes (qui sagittis tantum vtebantur quibus Mosci ledi non poterant) non fuit difficile

difficile, eos vincere subiugareque. Sed Præcopus habet vsum
Sclopetorum. & quod amplius est amicitiam, & protectionem
Turcæ: Is vt sibi iter aperiret in Moscouiam, aut in Mare Cal-
pium, tentauit annis iam clapsis ducere fossam à Tanai ad Vol-
gam, (hoc molimen altioris erat animi, quam Turcæ plerunq;
faciunt) sed eius milites fugati fuere à Moscis, in hoc adiuti à
Tartaris, qui verebantur, ne planè à Turcis pessundarentur, si
illud opus eis successisset. Nec solum ruperunt classem Turcicā
cepéruntque eius partem, sed & exitio dederunt exercitum ter-
restrem, in quo numerabatur 80 Tartarorum, & 25. Turcarum
millia, inter quos erant ter mille Ianizari. Circassi Viuunt (sic-
ut diximus) more Heluetiorum; non nituntur vt sibi aliquid ac-
quirant, sed tanquam mercenarij milites militant Turcæ, Per-
sa, Mosco, à quo tam longè dissipati sunt, vt non habeant occasi-
nem sibi timendi ab eius viribus. Tartari Nagai magis formi-
dandi sunt, propter subitum impetum & excursionem, quam
propter iustam potentiam, quæ eis sit, ad suscipiendas expediti-
ones Regias. Annis retro elapsis, cum se mouissent, vt Mosco
damnum inferrent, rétrogressi sunt placati donis quæ eis missa
fuere. Cum hi, sicut & Arabes, dediti sunt latrocinijs & grassati-
onibus, facilius est ipsos auertere donis, quā pugnando: Quod
plus est, cum ipsi nec ciuitatem, nec munitionem habeant, qua
expugnata & in dominium hostis redacta deprimi & tanquam
freno cohiberi possint, bellum ipsis inferre, est expensas facere
sine lucro. Aduersus hosten et Magnus dux magnum equitatus
numerum, in Citrachan, Casan, & Viatca: habet quoque præsi-
diū in Culugan contra Tanam, vt resistant Præcopitis. Cum
Rege Sueciæ iungit fines Moscus, præcipue ad partem Finlan-
dæ vbi Suecus (cum quo diu bellum gessit) paucis retro annis,
ei eripuit munitiones Serenosco, Pernauiam maiorem & mi-
norem in Livonia, aliaque loca, cum Moscus impeteretur à
Rege Stehano. Tenet Suecus in extremitate Sinus Finlandæ
munitionem Viburgum, magno præsidio & expensa, vt teli-
stat Russis & Magno Duci: Habet quoque in illo Mari & Portu-
bus vicinis, suas naues bellicas, tum vt obuiet omni tentamen-
to Magni Ducis, tum vt impedit, ne ex Germania in Moscoti-
am vehantur arma & apparatus, bellici: nec alia naues quam
suecæ ad

suæ, ad illas oras appellere possunt, nisi permissione, propria
 Regis manusignata: Hoc præcommodum classis, & potentia
 naualis fecit Regem Sueciæ, Mosco ijs locis vbi(hanc vim ar-
 morum explicare potest)superiorem, cepitque hac via, ab ho-
 ste, multa loca in ora Liuonia locisque vicinis. Sed vbi equita-
 tus duci, frequentiaque populi usui esse potest, nempe in cam-
 pis apertis, & in locis longe à mari Balthico distitis, videtur
 Magnum ducem potiores quodammodo partes habuisse. Sem-
 per enim fere inuasit Suecum. Non possunt tamē sibi inuicem
 multum damni inferre, propter asperitatem montium, frigus,
 glacies, niuesque. Superest Poloniæ Rex inter quem & Magnū
 ducem, est hæc differentia, quod Moscus plus regionum ha-
 bet, sed Poloni melius inhabitatas ciuilioresque: Illi plures
 subditi obedientioresque sunt: Huic autem audacieores & ani-
 mosiores: Illi ad resistendum quam aggrediendum sunt aptio-
 res. Hi ad iuuadendum. Illi ad defendendum munitiones: Hi ad
 aperto prelio puguandū. Illi magis iuncti vnitiq; sunt, Hi magis
 deliberati ad factiōnē expeditionēq;: Illi timent minus inediā
 & incōmoditates, hi mortem & ferrū. Sed vtriq; tantum valēt,
 quantum eorum Princeps virtute & fortitudine p̄fstat: Mag-
 nus enim dux Basilius cepit Magnum Ducatum Smolenscen-
 sem, & Poloscensem, & amplissimam ditionem in Liuonia.
 Econtrario Stephanus Poloniæ Rex eripuit ultimo bello Io-
 anni Magno duci, filio Basiliij, Polosco aliaque diuersa magni-
 momenti loca: obsedit ciuitatem Plescouensem, coagit-
 que tandem Moscum, tota Liuonia decedere. In-
 de videtur populum tantum valere,
 quantum ingenio animo-
 que valet Rex.

G FAMILIA

FAMILIA AVSTRIACA.

CVm longo iam tempore Imperium in Serenissima familia Austriaca permanserit (habuit enim foelicissima continua nec interrupta successione septem Imperatores) non erit præter institutum nostrum de ea aliquot verba facere. Hæc serenissima familia celebris esse, famaque in clarescere cœpit, eodem ferè tempore, quo familia Othonannica, excitata quæ à Deo videtur ut suæ Ecclesiæ contra Turcas & hæreticos pro vallo & propugnaculo esset. Duos habet palmites, qui à duob. Philippi I. Regis Hispaniarum, Archiducis Austriæ, &c. filijs Carolo V. & Ferdinando I. Rom. Imperatoribus prognati sunt. Illi (Carolo Imp.) Belgium, Hispaniaque cum ijs quæ inde dependent cessit, quæ filio suo dignissimo, Regi Hispaniarum Philippo II. reliquit: de eius ditionibus alias suo loco. Ferdinando ditiones in Germania obtigere, Austria nempe Bohemia Tyrolensis Comitatus, aliæque Prouincie, quibus per Annam eius vxorem, Hungariæ regnum accessit. Is (Ferdinandus) post se, tres filios reliquit, qui quamuis ditiones patrimoniales in partes tres diuiserint, rexerunt tamen reguntq; ad huceas, ipsorum successores, tanquam vnam Rempublicam, ijsdem consilijs, animis, institutisque, ponuntq; nobis ob oculos in effectu, antiquum Geryonem: omnes enim ad defensionem communis Status, (quamvis prouincia alterius sint ditionis non aliter adcurrunt, quam si ad vnum solum omnes pertinerent. Sunt hi Status tam ampli, tanti que momenti ut nifit tanto terrarum spacio, quantum à montibus Carpathijs ad Segniam usque est, Turcæ adiacerent (qui eos vigilare & semper magnas expensas subire cogit) non populorum frequentia, nec opibus thesaurisque nec ciuitatum magnificentia, nec viribus, maximis Orbis Christiani regnis cederent. Facile id percipere poterit is, qui considerarit distantiam, à Tergesto ad ultimos Lusatia terminos, à Tibisco ad Nabum, & à Canisia, Constantiam ad lacum Podamicum usque ijs finibus continentur, Lusatia, Silesia, Bohemia, Moravia, Austria, & magna Hungariæ pars, (hæc Prouincia amplissimæ, populo frequentes, commeatu

commeatu opibusque abundantes sunt) præterea Styria, Carinthia, Carniola, Comitatus Gorintiæ, Tyrolis, Ciliae, & Principatus Sueviæ, Alsatiæ, Brisgouïæ, Constantiæ. Inter has Prouincias Bohemia se in longitudinem, ad 140. milliaria extendit, diciturque ea continere 780. tum Arces, tum opida muris cincta, & 32. pagorum millia. Moravia, Silesia, Lusatia, & earum vnaquaque, de amplitudine, cum Bohemia contendunt, sed ab ea potentia populi frequentia vincuntur. Tres haec Prouinciae in longitudinem ad 400. in latitudinem ad 120. milliaria protenduntur. Optimo peditatu, equitatique abundant. Lusatiae milites (quorum 20. millia, qui apti bello sint, facillime conscribi possent) inter optimos pedites censemur. Styria, quæ Minæris argenti ferrique diues est in longitudinem ad 60. in latitudinem ad 110. milliaria excurrit. Carinthia (haec maxima sui parte montuosa sylvestrisque plena est) in longitudine 75. in latitudine autem 55. milliaria continet. Carniola cum ditionibus vicinis Tergestum usque, extendit se per 150. milliaria, latitudo autem eafum est 45. milliarium. Frugibus, vino, carne, ligno abundant. Comitatus Tyrolensis minæris argenti salinisque diues est, longus latiusque 18. milliaribus Germanicis. Præteradiationes in Suevia, Alsacia, Rhetia (familia Austriaca in hac 18. communitates sub sua iurisdictione habet) haec Prouinciae omnes, plus minus, duas Myriades & semissim ordinarij redditus, tantumque extraordinariè pendunt: incolis frequentes adeò sunt, ut necessitate urgente, centum peditum, & plus quam 30. equitum millia conscribere possent. Non scio an ex aliquo Europæ regno maior militum numerus educi queat. itaque non tam impotens Princeps est, quam aliqui ipsum, Imperator ex ignorantia imperiorum existimant, putantes ipsius dominium, arctis finibus circumscriptum, & commeatus inopem esse pecuniae penuria laborare, populo que infrequens videri: est enim eius dominium amplissimum, fertilissimum, ditissimum, populoque frequentissimum: sed Turca conterminus (cui ipse à montibus Carpathijs ad mare Adriaticum usque adiacet) posset vel potentioris Principis neruos elidere. Nullum Principem putarim, cuius fines

Turcarum finibus terra iungantur, qui non solū belli tempore, sumptibus exhauriatur, sed & pacis tempore. Facienda sunt enim immensæ expensæ in extruendis munitionibus carumq; præsidijs. Turca enim magnis viribus, ijsq; fortibus, alacribus, omniq; tempore promptis præstat, estque pacis tempore armis instructior, quam quisquam aliorum Principum, dum bellum maximè viget. Necesse itaque est, vt is, qui Turcæ cōterminus est, ob suspicionem metumq; adeò præpotentis hostis, semper sibi caueat, & sumptus faciat, sicut Imperator stipendia largitur, plus minus 20. militum millibus, in cōfinijs Hungariæ ex cubantibus. Hæ sunt magna expensæ, nec minus munitionibus locorum impendendum est, vltra alias expensas, in arcanis negocijs, quæ huius instituti non est commemorare. Cū itaque videamus Turcam, insatiabilis Draconis instar, tot nobilissimas Prouincias, tot florentissima regna deuorasse, suæ subiecisse tyrannidi tot ciuitates, quæ extra omne periculum esse putabantur, totque loca, quæ capi non posse putabantur, expugnasse ne dormiamus in vtramq; aurem, & cum ad scapulas lateraque nostra sit, ne existimemus cum longè abesse.'

IMPERIVM

IMPERIVM ROMANVM.

Imperium Romanum, quod imperante Traiano erat amplissimum extendebatur enim ab Oceano Hibernico, ultra Tigrim; Oceano Atlantico, ad Sinum Persicum: Ab Atlante ad syluam Calidoniam usque pertingebat ad flumen Albium transibatque Danubium primum labi coepit bellis ciuilibus Galbae, Othonis, Vitellij: ijs enim temporibus exercitus, qui in magna Brittannia, pro praesidio erat, traiecit in Continentem: Hollandia & vicinae regiones rebellarunt, paucique temporis progressu, Imperij finibus praesidio destitutis transmiserunt Sarmatæ Danubium: Alani superarunt fauces Caspias: Persæ acquisierunt nomen & potentiam: Goths peruagati sunt Moesiam & Macedoniam: Franci ingressi sunt Gallias. Constantinus Imp: restituit imperium antiquo splendori, sponuit bella domestica, frenauit Tyrannos, Barbaros, & gentes hostiles: Sed duo fuerunt quæ Imperium multum debilitarunt: Primum fuit translatio sedis Imperialis Roma Constantinopolim, quod factum dispoliauit Romam, & debilitauit Imperium: Luce enim clarius est, quod sicut plantæ, ex nativo solo in regiones climate & qualitate diuersas transplantatae, parum retinent virtutis naturalis: Ita & res humanæ, præcipue autem dominia & status, magnis illis mutationibus perdunt suum vigorem & stabilitatem. Eam ob causam Senatus Romanus nūquam plebi consentire voluit, ut Roma Veiam commigret, quæ ciuitas multo gratior, & magis commoda erat, quam Roma, maximè postquam à Gallis ruinæ tradita fuerat. Locus in quo Constantinopolis sita est, adeo amoenus commodus & fertilis est, ut sit difficillimum, ut virtus ibi altas radices agat: Non enim toto Orbe terrarum ciuitas est, quam terra & mare maiore fauore prosequantur: Illa enim nunc se in fertilissimos campos extēdendo; nunc in delicias valles se demittēdo, rursusq; leniter in fructiferos colles assurgendo; nunc se flexibus in mare insinuando, rursusq; se retrorsum vertendo, abunde incolis omne deliciarum genus, non solum frumenta & vina fert. Diceret ibi Bacchum cum Cerere, Pomoram cum Flora, pulchritu-

pulchritudinem cum fœcunditate certare. Postquam Mare minimo spacio, plurimos gratos Sinus & tranquillos Portus fecit, quorum in solo Bosphoro (nec ista tamen plus quam 25. miliaria longus est) triginta numerantur, benigno aspectu quasi blanditur ciuitati & regioni, dicitque eo magnis classibus, hinc annonam Syriæ & Aegypti; Inde diuicias Trapezuntinas Caphæ. Nunquam ibi fructus, nec meses, nunc Thraciæ, tunc Alia desunt: Eodem que tendit tanta optimorum piscium copia, qui gyros agendo & ludendo, fere domus ciuitatis subeunt, ut qui id non viderit, incredibile iudicet: Pisces enim nunc fugiendo frigus Hyemis, transeunt ex Ponto Euxino, in aspectu ciuitatis Constantinopolitanae, Propontidem versus; Nunc viantes æstatis feroarem, redeunt eadem via, qua digressi erant. Duabus itaque anni tempestatibus, eorum infinita copia summa delectatione, cui commodum pareat, capitur. Sunt ibi præterea Cidari & Barbisa summè amœni & iucundi fluuij, qui ambo celebrem hunc Sinum influunt, qui inter Constantinopolim & Perā dilataturq; dicitur à scriptoribus cornu aureū. Ut si nem faciam; Non est locus rerum affluentia, eneruadæ virtuti aptior, nec ad virtutē voluptatibus corrūpendam cōmodior: Id apertè demōstrat segnities & mollities maioris partis Imp: Græcorum, ipsorumque exercituum. Si amoenitas ora Tarentinae, & deliciae regionis Sibaritarum, potuit ignauos facere, & corrumpere mores istorum pupulorum; Si deliciae Capuanæ potuerunt emollire, & extinguere ferociam virtutemq; Hannibal suorumque militum; Si Plato disciplinæ incapaces Cyreneos æstimauit, propter suam prosperitatem: quid statuendū erit de loco Constantinopolitano, dulci & oportuno supra omnes, qui in Orbe terrarum sunt? In summa, Cum nullæ rē magis pernicioſe sint Reipublicæ, quam magnæ nouitates, Quæ res maiori danno ne dicam exitio potuit contingere Imperio Romano, quam adeo ingens ac subita, præter omnium expectationem immutatio? Non plus minus fecit bonus ille Imperator, quam si quis ad dandum animali meliorei formam, cerebrum ad genua, aut cor è suo loco, ad cubitum transferret. Secundum erratum Constantini, fuit diuisio Imperij suis filijs facta in tres partes, quod contigit Anno Domini 341.
qua ex

quā ex magno Imperio tria fecit, cum notabili diminutione
authoritatis & viriū: Cū enim eius filij inter se armis decerta-
tarēt, taliter se inuicē cōsumpscrunt, vt Imperiū quasi exangue
corpus remāserit. Quāuis aut Imperiū aliquod vicibus sub vno
Principe coaluerit diuisioni tamē adeo aptū remāsit, vt rato ac
ciderit, quin in Oriētale & Occidētale nō fuerit partitū, vsq; dū
Odoacer Herulorū & Turingorū Rex, magno cū exercitu, Ita-
liā ingressus, in tā magnas augustias cōiecit Augustulū, vt præ-
desperatione se imperio Occidētali abdicarit, q̄ accidit Anno
476. Hūni iā antea Danubiū transmiserat; Alaricus Vandalorū
Rex Romā ceperat; Vandali primū Andalusiā, & postea Afri-
cā; Alani Lusitaniā; Goths maiore Hispaniæ partē; Angli Britā-
niam; Burgundiones Prouinciā occupatant; Lustianianus Imp:
res aliquantulū in melius restituit, nā per suos Capitancos, ex-
egit Vandulos Africa & Gothos Italia, Anno 556. Sed paruo tan-
tū tempore id durauit, nā Anno 713. cōperunt Oriētale Impe-
rium vexare, arma & hæresis Mahumetana, breuiq; tēpore fū-
re à Saracenis opprēssis, apreter Syriā, Aegyptū & Archipelagū,
Africa, Sicilia & Hispania. Anno 735. occuparunt quoq; Sarace-
ni Narbonē, Auenionē, Tolosam, Burdegalā & regiones vici-
nas. Imperiū itaq; Occidētale paulatim prorsus in direptionē
abijt: Orientale aut adeò inualidū remansit, vt vix aliquot vi-
cibus, ciuitatē Constatīnopolitanā cōtra Saracenorū arma de-
fēdere, multo minus Occidēti auxiliū potuerit. Anno aut Chri-
sti 800. titulos Occidentales imperij adeptus est Carolus Mag-
nus Francorū Rex, q̄ rēceſſet Ado Viemæ Archiepiscop' ver-
bis seqnētib⁹: In die sancta nativitatis Domini ante cōfessionē
Beati Apostoli, cū gloriosus Rex Carolus ab oratione surrexit
set, Leo Pōtifex capitl eius coronā imposuit, sicq; ab vniuerso
populo acclamatū est: Carolo Augusto, à Deo coronato Mag-
no, Pacifico, Imperatori Romanorum, vita & victoria. Diui-
sum itaque fuit Occidentale Imperium ab Orientali, hoc
modo, vt Neapolī & Siponto Orientem versus, cum Sicilia
Gæcorū esset, Beneuentum Longobardis renaneret, Ve-
neti neutri parti adscripti essent, Status Ecclesiæ liber, reliquum
Carolo Magno cederet. Blondus vult Irenem Imperatricem
primum in eam diuisionem consensisse, deinde à Nicephoro
confirma-

confirmatam esse. Habuit itaq; diuisio Imperij initium à translatione sedis Imperialis Roma Constantino p̄olim; crevit distractione in plures Principes; peruenit ad perfectione maius sumptione Caroli Magni. Ante eum erat modus regimini, Leges. Magistratus, & consilia communia, tendebant que ab bonum commodumque vtriusque Imperij, tanquam membrorum eiusdem corporis: Et si vñus Imperatorum moriebatur absque filijs, totum Imperium manebat alteri; sed Carolo Magno in Imperatorem Occidentis electo, nulla amplius fuit habita ratio Imperij Orientis, nec Imperator Orientis vñquam successit in imperium Occidentis, nec eius Imperator in Orientis imperium. Permansit autem imperium Occidentis in familia Caroli Magni paulo minus, quam centum annis; defecit autem ea familia in Arnolpho. Anno Christi 1002. abscripto omni iure Hæreditatis creatio Imperatoris in libera electione Septem Principum, qui Electores nuncupantur, posita fuit. Ratio faciendi imperium electuum, quod eo usque familiae Caroli Magni Hæreditarium extiterat, fuit, quod Imp: Otho tertius filios non habuit: Et ut dignitate personæ quæ eligeretur, Imperium firmius redderetur, Imperium Occidentis tunc valde coarctatum & concisum erat, nihil enim ei quam Germania & Italia pars supererat: Pontifex siquidem Romanus bonam Italiam partem possidebat: Veneti in medio, vtriusque Imperij positi viuebant in plena libertate, cum Dominio annexo suo: Statui: Regna Neapolis & Siciliæ quæ Normanni Græcis eripuerant, Ecclesiæ Romanæ Feudataria facta erant, primum sub Clemente Antipa, deinde sub Nicolao secundo, & eius successoribus qui Antipapæ factum propter emolumentum approbarunt: Lombardia & Thuscia, partim propter dissidia Imperatorum, Henrici quarti & quinti, Friderici primi & secundi, cum Pontificibus Romanis; partim propter populorum ferociam, Imperatoriis plus laboris & impensis, quam commodi attulerant. Rudolpho Imp. itaque non solum in Italiam proficiisci, curæ non fuit, (quod eum infortunia, aduersæque res suorum antecessorum terrent) sed & populis Italiam libertatem paruo precio vendidit. Licensibus non constitit libertas plus quam decem aureorum

aureorum millibus: Florentini eam sex aureorum millibus redemerunt, Difcidentibus itaq; cum reputatione, viribus Imperij, Ei in Italia, præter nomem, nihil ferè remansit. Vicecomites Mediolanenses, & successuè alij Domini, alijs locis rapuerunt sibi dominia, quæ potuerunt absque ullo Imperatoris respectu, tantumque petebant inuescitaram suorum Statuum. Sed Franciscus, cum sibi armis Statum Mediolanensem parasset, parui fecit Inuescitaram, existimans se posse se ipsum conservare in eius possessione, ijsdem artibus, quibus eum sibi comparauerat. Ultra montes substraxerunt se Imperio multi Principes, ita ut Imperium præsenti tempore ferè in Germania cōclusum sit. Sed quod dominia in Germania vniormia non sunt, describam illa ut sequitur. Aliqua dominia sunt quasi membra Imperij, sed separata; quamuis enim in Imperij sint, non id agnoscunt, nec agnoscere volunt, sicut Reges Daniæ & Sveciæ, Dux Prussiae, Helvetiæ, Rheti: Alia agnoscunt quidem Imperatorem, pro supremo Princeps, sed dietas Imperij non inuisunt, nec contribuunt feruntque onera Imperij, sicut Duces Savaudie, Lotharingie, & Principes Italiae: Alia inuisunt dietas feruntq; onera, sicut Princeps & ciuitates Germaniae; sed Rex Bohemiæ à Carolo quarto Imp: à contributionibus exemptus est. Alia dominia non solum pendunt communes contributiones Imperij, sed quod plus est, soluunt Imperatori tributum particulare; eæ sunt illæ ciuitates, quæ Imperiales nuncupantur. Aliqui Princeps Germaniæ non solum intersunt Comitijs Imperij, sed & electioni Imperatoris: Hi sunt sex Electores, tres Ecclesiastici & tres Laici, quibus iungitur si vota imparia sunt, Rex Bohemiæ, qui non venit ad conuocationem, (quæ Dieta dicitur) nihilominus calculum in electione habet. Sed loquendo strictè: Ciuitates & Princeps Imperij propriè dicuntur, qui Dietis intersunt, & tanquam membra vnius corporis, participant bona & mala emolumenta & onera. Hi viuentes ferè modo Reipublicæ simul unitæ, ad defensionem comunē, habent Imperatorem pro capite, qui non regit absolutè, sed per Comitia, nec tamen indicit illa absque præcedenti consensu maximæ partis Electorum. Deliberationum Decreta, quæ edicuntur, irrita fieri non possunt, nisi per aliam Dietam; sed

Imperator habet plenam authoritatem mandandi executio-
ni decreta. Imperator itaque quod ad dignitatem & præminē-
tiā spectat, est primus Christianorum Princeps, tanquam is,
in quem cessere iura Reipublicæ & Imperij Romani: Eius est
protegere Ecclesiam Dei, defendere fidem, procurareque pa-
cem, & bonum Reipublicæ Christianæ.

V I R E S .

CVm Vires Imperij sitæ sint in Germania, necesse est, vt
duo verba dicamus de hac amplissima nobilissimaque
Prouincia. Iacet ferè inter Oderan & Mosam: Inter Vistulæ &
fluiolum Aa, qui apud Grauelingam fluit: Et inter Oceanum
Germanicum & Balticū & Alpes: Eius figura quadrata est, lo-
gitudine ferè latitudine æqualis, 650. Miliariū quaqua versū.
Maximè abundat frugibus, pecudibus, piscibus, Id experientia
compertum sèpè fuit: Carolus enim quintus, vt Turcis resistē-
ret, habuit sub signis ad Viennam 90. peditum & 35. equitum
millia: Maximilianus secundus ferè centum peditum, & 35 equi-
tum millia ad Iauarinum contra eosdem Turcas, nectamen
caritas ibi experta fuit. Bello inter Carolum quintum, & Pro-
testantes per aliquot menses abundè se sustinuerunt in campis,
ferè 150. militum millia: Diues quoque est Mineris Auri, Ar-
genti omnisque generis Metalli, superatque alias Europæ Pro-
uincias Natura quoque largita est ei, in regionibus longissimè
à mari dissipatis fontes & puteos aquæ falsæ, ex quibus excoqui-
tur sal perfectum. Nec minus mercatrix est, quam fertilis: Indi-
geni enim plus quam vlla alia natio, vacant opificijs, faciunt
que artifacia miratu digna, estque Germania tam probè à natu-
ra dotata, ornataque magnis fluminibus, quæ vbique nauigatur,
vt commeat, & merces faciliter ex uno loco, in aliud deue-
hantur. Fluiorum omnium maximus est Danubius, ab ille
Rhenus, qui Germaniā à Meridie ad Septentrionē transgredi-
tur, sicut Danubius ab Occasu, ad Ortum: Albis oritur in Bohe-
mia, lambit Misniā, Saxoniam, Marchiam Antiquam Ode-
ra oritur in Moravia, lauat Silesiam, duas Marchias Pomerani-
am. Vesara, Neccarus, Mosa, Mosella, Isara, Oenus, Varta,

Moenus

Moenus (Hic Germaniam in superiorē & inferiorem diuidit Superior est, quæ à Moeno ad Alpes usque se extendit, Inferior quæ à Moeno, Oceanum versus excurrit. Germania in plures Prouincias diuisa est, sed præcipuae sunt (loquor de ijs, quæ viua membra imperij sunt) Alsatia, Suevia, Bauaria, Austria, Bohemia (quāvis hæc multis pruilegijs gaudeat, quæ eam ab oneribus eximūt) Moravia, Silesia, Lusatia, dux Marchiar, Saxonia, Misnia, Thuringia, Franconia, Hassia, Vvestphalia, Clivia, Mepropolis, Pomerania. In dictis Germaniæ Prouincijs cum ijs non computando Belgium & Heluetiam, estimatur esse circiter decem Hominum myriades. Diuiditur populus in quatuor hominum munera aut status; rusticos nempe, qui nullo in numero sunt, ciuitatum incolas, Barones, Prælatos. Ultima tria genera conueniunt, faciuntque Status Imperij. Inter Prælatos obtinent primū locum Archiepiscopi Electores: Inter Hos Moguntinus est Cancellarius Germaniæ. sequitur Colonensis, deinde Treuirensis, Cancellarij; ille Italæ; hic Franciæ. Sequitur Archiepiscopus Saltzburgensis, maximus & dignitatem & diuinitatis. Episcopus Magdeburgensis se Primatem Germaniæ inscribit. Bremensis & Hamburgensis quoque multas iutisditiones habuerunt. Sequuntur deinde plus quam 40. Episcopi, & Magnus Magister Ordinis Teutonici & Magister Equitum Hierosolymitarum. Sunt quoque septem Abbates, iisque Imperij Principes. Inter Principes fæculares obtinent primum locum Rex Bohemiæ, qui est supremus Dapifer; Dux Saxonie Marescallus: Marchio Brandenburgensis Camerarius; Comes Palatinus Architriclinus Imperij: Præter Hos Principes sunt 34. alij Duces, inter quos habent primum locum Archiduces Austræ, Inter Dukes Imperij quoque numerantur Rex Daniæ propter Ducatum Holsatiæ. Sunt deinde Marchiones, Lantgrauij, Comites, Barones innumeri. Ciuitates liberæ (quarum 96. esse solebant nunc sunt circiter 60. quæ omnes se ipsas proprijs legibus regunt) Ulterius obligatæ non sunt, quam quod duas quintas partes eius quod in Cōuentu cōsentitur, cōtribuunt. Earum aliquæ Imperiales dicuntur (sicut diximus) quod censum Imperatori soluant, qui cēsus in totum ad 15. florenorum millia accedit; Habent ciuitates satis amplos redditus, qui ut

plurimum onera excedunt. Aestimatur Imperium in totum habere plus quam septem Myriades in redditibus, quod pro re parui momenti habendum non est. Cum enim populi grauati non sint, ut in Italia, dant præter ordinatum, suis Principibus maxima subsidia, quædo id requirit necessitas. Imperium obligatum est, saltem ex consuetudine, præstare Imperatori quædo Romam vadit ut coronetur, 20. peditum & 4. equitum milia, spacio octo mensum, diciturq; deo subsidium Romanum. Redditus ciuitatum & Principum laicorum, valde crenere, tum usurpatione bonorum Ecclesiasticorum tum varijs Impositiōnibus populo impositis, quæ cum in Italia ortum haberint, facile se diffuderunt (exemplum enim malum crescit semper) per Franciam & Germaniam. Necessitate exigente, contribuit Imperium maximas pecuniarum summas, colligunturque extraordinariè: Ut et contributiones facilius colligi possint, est Germania in decem circulos diuisa, in quibus sunt Conuentus particulares, pro executione Edictorum, quæ in Dietis Imperij facta sunt, & alijs similibus incidentibus. Vires Germaniae sunt absque dubio maximæ: Copia enim commeatuum inexhausta est. Reditus ordinarij & extraordinarij permagni, & modus colligendi commeatus facilissimus est, propter fluuiorum oportunitatem. Quod ad populum attinet, aestimatur totum Imperium in exercitum educere posse, tum equitum, cum peditum ducenta millia, cuius experimentum factum fuit bellis, quæ supra commemorauimus, docet id quoque experientia. Ab anno enim 1566. permultum belligeratum est in Francia, & in Belgio militibus Germanis, quorum factæ sunt, suntque adhuc quotidiè conscriptiones non minus frequentes, quam magnæ, cum peditum, tum equitum: Vno eodemque tempore Wolfgangus Dux Bipontinus duxit in Franciam 12. peditum & 8. equitum Germanorum millia, pro Huguenotis, eratque in ea (Francia) ad huc alia quinque equitum millia quibus præerat Comes Mansfeldius pro Catholicis. Guilelmus Nassauus habebat in Belgio & finibus Franciæ octo equitum, & 10. peditū millia dictæ nationis, & dux Albanus tria millia. Taceo de numero Germanorum, qui Flandriam ingressi sunt Duce Casimiro, & Franciam eodem Duce Anno 1578; Et eos quorū pars anno præ-

anno præsenti eam ingressa est in auxilium Regis Franciæ; pars
vt auxilio esset Foederi Catholicorum Franciæ. Ut extremam
manum imponam: Cum continuò belligeretur, in diuersis Eu-
ropæ partibus, natio Germanica adeo numerosa est, vt absque
ea nullæ ferè fiant expeditiones. Non loquor hic de Flandris,
qui aliquot vicibus, exercitus 80. millium virorum college-
runt, i. que restiterunt potentia Francorum: Aut de Heluetiis,
quos 120 peditam millia, ad sui defensionem posse cogere aesti-
matur: Eorum aliquando plus quam 30. millia extra ditionem
misericordia in defensionem. Statns Mediolanensis aduersus Fran-
cicum primum Franciæ Regem. Sed vt ad institutum reuerta-
mur: Inter Germaniæ pedites meliores censemur Tyrolenses,
Sueni, & VVestphali: Inter equites Brunswicenses, maxime au-
tem Cliuenses & Franconienses: Inter arma melius tractant
Germani Ensem & Sarissam quam Sclopeta. Valent Germani
satis prælijs campestribus, tam ad confligendum cum Hostibus
quam ad ijs resistendum: Multum enim facit ordo, qui ipsi
quasi naturalis est, incessus grauis & firmus, armaque quibus
vtuntur defensioni apta: parum valent ad defensionem munici-
tionum, & propter corporum grauitatem, & quod vt plurimū
ventricosi sunt, oppugnationibus inepti habentur. Sunt itaque
Germani potius constantes, quam audaces, feroce, quam strenui:
Non enim tentant res, in quibus magnanimitas eluceat: In
victoria occidunt sine exceptione ætatis & sexus, in quoscumq;
incurrunt: Si bellum in longum ducitur, aut obsidentur, dedūt
se præ segnitie: Si in castris degunt, moram patienter non ferūt
nec sciunt vincere cunctando: Si prima molimina non succe-
dunt ex sententia, stant attoniti caduntq; animis: In fugam se-
mel coniecti nunquam amplius recolliguntur: In eo præstant
Hispani omnibus nationibus: In Germanorum militia magni-
sumptus faciendi sunt, multæ quoque molestiæ est, quod uxores
secum in bella ducant, tantumque absuntur commeatus,
vt eum conuichere difficile, cōseruare quasi impossibile sit: abf-
que commeatus autem nihil boni sperandum est. Equi Germa-
nici potius fortes quam animosi sunt, & cum ex decem, qui in
bellum ducuntur, octo ab aratro summantur, parum profund:
videntesque sanguinem vilescant: contrarium accidit Astur-
conibus

conibus, ijs enim crescit audacia. Concludendo rem; Peditatus Germanicus in suo genere equitatu potior est. Vires maritimae terrestribus minores non sunt. Quamvis ex nō adeo in usu sint, sicut terrestres. Ciuitates enim Hamburgum, Lubeca, Rostochium & aliæ, habent haec centum, haec 150. naues, quibus etiam vires Regum Daniæ & Sueciæ. His viribus adeo fortis potensque est Germania ut unita nullum hostem timeat. Viribus quas diximus Germaniæ, junguntur (cum opus est) auxilia Principum Italiæ, Sabaudiæ, Lotharingiæ: Hi enim Principes in necessitate nunquam defuere Imperio. Bello enim Zigelthano misit Emmanuel Dux Sabaudiæ sexcentos equites Sclopetarios; Cosmus Florentiæ Dux tria peditum millia, quibus ipse stipendia dabat: Alfonsus 2. Ferrarie Dux ipse prefectus est, cum mille & quingentis equitibus adeo probè instructis, ut in castris melior equitatus non esset. Eò se quoque contulit Guilielmus Mantua Dux, cum instructissima cohorte virorum. Henricus Lotharingus, Guisiae Dux, ei expeditioni interfuit, cum trecentis nobilitate claris viris. Cum his militibus & alijs quos adiuxit Papa Pius quintus, habuit Maximilianus secundus sub signis centum peditum & 35. equitum millia: Ordines Imperij ei in Comitijs Anno 1566. Augustæ Vindelicorum habitis, concesserat 40. peditum & 8. equitum millia
 in 8. menses & 20. peditum & 4. equitum millia in tres annos
 subsequentes.

P O N T I.

PONTIFEX ROMANVS.

Pontificis Romani amplitudo est duorum generum: Vna consistit in dominio quod habet: Altera in authoritate spirituali. Dominiū tēporale est duorū generū. Vnū est vtile, nisi velimus dicere immediatum: Alterū est directum & mediatur. Quod addominiu vtile spectat, Papa bona Italie partē possidet nēpe omnino id quod interfluuiū quæ vulgo Fiore dicitur & Caietam, inter Primaro & fauces Truentij (excepto Ducatu Nrbini) est. Eo spacio comprehenduntur Provinciæ, Bononiensis, Romādiola, Marchia, Umbria, Ducatus Spoletanus, Patrimoniu Sancti Petri, Latium. Hic Status est ex præcipuis Italie, tū propter sitū (est enim quasi in eius centro, extenditurque à mari Adriatico ad Tyrreniū) tū etiā proter summā annonae copiā, frugū præcipue, olei & vini. Romādiola enim nō tantū sibi, sed etiam vicinis, oleū vinūq; producit, mittitq; eorū magnā copiā Venetis, & in Illyricū, conficit quoq; Ceruia, sibi & alijs Sal. Marchia aliquit vicibus suppeditauit Venetis, vsq; ad centū Stare (mensuræ genus est frumenti millia, magnāq; olei quantitatē). Quāuis Umbria tantū frugū nō habet, vt eas foris emittere possit, alieni tamē ipsa nō indiget: Vinū fere vndiq; in ea crescit, habetq; pecudes, multis quoq; locis satis croci. Patrimoniū & Latium plus q̄ 20. peditū millia, ex reliquo tantundē. Tēpore Papæ Clemētis Iota Marchia suppeditauit militū millia in eius dē auxilium. Ciuitates præcipue sunt Roma Orbis caput, in qua centū hominū millia numerari possent: Bononia, quæ plus q̄ 80 millia ytriusq; sexus suppeditare posset, Perugia, Ancena, Rauenna, Ariminū, Cesenna, Forū Iulij, Faeretia, Imola, Maccrata, Macerata, Firmū, Ascalū, Camerinū, Spolotum, Norcia, Rietū, Tarnia, Naruit, Orniétū, Viterbū, Asisiū, Folignū Todi & forte 30. aliae. Nec desunt Arces munitæ: Inter eas est Castellū, & Burgus Romæ (si perficiatur) ciuitas Oruetū, q̄ natura mu-ro cinxit, Terracina, Ciuitas Castelli, Fanū. Possēt muniri multæ ciuitates,

tæ ciuitates, quæ loci & situs cōmoditate exceelunt, nēpe Aqua
 pēdens, Mons Phaliscorū, Viterbū, Ancona Spoletum, Narni
 Portus & Ciuitas vetus. Multū splēdoris & amplitudinis etiā
 huic ditioni Statuiq; Ecclesiastico, addit multitudo familiarū
 tā pacis, q̄ bellī artibus illustriū, quæ in hac ditione sunt, quod
 in causa est, cur Reges & Principes Christianis exercitibus &
 factionibus, Duces inde petat. Si Princeps huius Status nō esset
 Ecclesiasticus sed ciuilis siue vt vulgo loquimur secularis, Pro-
 uincia Romanorū nullo Principi Italæ frequētia populi aut
 potētia cederet. Habet Pōtifex, pter hæc, Statū Auenionense in
 Frācia, in quo quatuor ciuitates, & so. oppida muris cincta sunt
 Habet in regno Neapolitano, Beneuentū. Quantū ad dominiū
 directum spectat, Papa est Patronis Regni Neapolitani, & Sici-
 liæ, quæ Feuda alia omnia nobilitate superant, præterea Duca-
 tuū Vrbini Ferrariæ Parmę Messerani & aliorum. Insula Hiber-
 uia & regnum Angliæ iuris Ecclesiæ Romanae, eique tributaria
 fuere. Habet ius supremū in omnium ordinum Riligi & in Cle-
 rum cōfert quoq; beneficiones Habet itaq; Mille remunerādi-
 modos, & sicut dicebat Xystus quartus, Papę nō deerunt pecu-
 niæ quādiu ipsi manus erūt calamus. Pius quartus habuit à Reli-
 gionibus, quadringenta aureorū millia, & si renunciations be-
 neficiorum, cum regressibus, & cōpositiones admittere voluis-
 set, sicut ei consulebatur, aureorum Myriadē recipere poterat.
 Paulus tertius, cum Imperatore & Venetis foedus aduersus Tur-
 cas fecit, tulitque sextam impensarum partem, misit Carolo
 quinto, in auxilium belli, contra Lutheranos, 12. peditum mil-
 lia & quingentos equites, suis stipendijs militantes, euexitque
 suam familiam, in eam amplitudinem, in qua est. Pius quintus,
 misit quatuor peditum millia, & mille equites, in auxilium Ca-
 roli noni Regis Franciæ. Sixtus quintus, quinque annis &
 semis, sui pontificatus collegit quinque aureo-
 rum Millions, impenditque magnam
 pecunię vim in Aqueductibus,
 Fontibus, Pyrami-
 dibus, Palatijs,
 Templis.

MAGNI

MAGNI CHAM TAR- TARI IMPERIVM.

SICVT veteribus ignotæ fuerunt Regiones ad Oe-
tum Maris Caspij sitæ (quod Oceani partem esse pu-
tarunt) Ita & adhuc parum nobis constat de populis
omnibus, qui vltra id Mare & montes qui vulgo Da-
languer & Vllonte dicuntur habitant. Marcus Paulus Venetus
primus omnium, earum regionum satis amplam descriptio-
nem edidit, & ab eo accepimus, quicquid nobis de Tartaris
innotuit. Longinquitas enim regionum in caussa est, quo mi-
nus cognitæ fuere regiones, tum etiam difficultas itinerum; si
tusq; locorum: Magnus enim Moscorum Dux (per cuius ditio-
nes ad illas regiones ire possemus) non concedit exteris aditū
profecitionemq; per suas ditiones. Mare Caspium quoq;, quod
itinieri oportunum esse posset, non frequentatur. Offerunt se
deserta denique loca, montesque infiniti, qui Vartariam à Per-
sia diuidunt. His etiam accedit, quod nec magnus Cham, sicut
nec Rex Chinæ, nec magnus Dux Moscorum, suis populis per-
egrinati, nec exteris sua regna ingredi concedunt, (nisi ij Lega-
torum munere fungantur quibustamē liberè versari non per-
mittitur). Tartari hic sub diuersis Principibus degunt: præci-
pui sunt qui viridia insignia in capite gestant: ij Samarchandū
ciuitatem inhabitant, perpetuas cum Sopho alunt inimicitias
Bacaranus, qui Mahumetanus est: Mogori, de quorum Impe-
riо alio loco actum est: Cathainus, de quo nunc agere ordi-
natur. Nulla in Orbe Gens est, qua maius Imperium habuit, aut
maiores expeditiones suscepit vtinam suorū gestorum scripto-
res habuissent Scribit dictus Marcus Paulus, hospitios, quō-
dam Ciurzam & Bargam, Provincias, ad Oceanum Scythicum
incoluisse, absque domibus, non dico ciuitatibus castellisque,
sed sicut Arabes, nunc in hoc, tunc in alio loco, secundum pa-
cuorum oportunitatem, vagos vixisse: Recognoscebant tamē
in supremum Dominum Vncham (quem aliqui Presbyterum
Ioannem interpretantur) cui decimas pecudum suorum da-
bant. Pro-

bant. Progressu temporis adeo multiplicati (sicut Iudæi in Aegypto) sunt, vt Vnchā eos suspectos habens eorum numerum viresque minuere coeperit, eos nunc huc, nunc illuc, secūdum oportunitates, in expeditiones periculosas longinquasque amandādo. Ipsi autem id animaduertentes, coniunxerunt se, cōcluseruntque solum patrium relinquere, quod & fecerunt, sunt que tam procul à ditione Vnchami profecti, vt sibi, ab eo, non amplius timerent. Post aliquot annos sibi elegerunt in Regem Chingin, cui propter victiarum & expeditionum amplitudinem, cognomen Magni datum est: Regione enim sua Anno 1162. egressus, cum terribili exercitu subiugauit cum viribus tū estimatione, nouem Provincias. Cum denique ab Vncham vna ex filiabus sibi in vxorēdari poposcisset, nec id obtainere posset, ei bellum indixit prælio que superatum eiecit ex regno suo. Post Chingis mortem, eius successores Europam affixe- runt: Anno enim 1212. expulerunt Poloschos ex confinijs Ponti Euxini 1228. inuaserunt deprædati q; sunt Russiam & 1241. exciderunt Kiouiam Ruthenorum Metropolim: Battusq; ipsorum Capitaneus diripuit Poloniā, Silesiam, Morauiam, Hungariam. Hac de causa perterrefacta Europa, Innocentius 4. Papa Anno 1242. ad Aulam Magni Chami, aliquos patres ordinis diuorum Dominici, & Francisci misit, vt pacem Christiani impetrarent. Sextus à Chingi (qui se Cublai nuncupauit) regnum est auspicatus anno 1256. & 60. annorum spacio quo prefuit, Imperium per vniuersum fere Orbem deduxit. Subiugauit enim Anno 1269 Chinam, quam Marcus Paulus Mangi vocat: Anno 1272. occupauit regna Mein & Bengalæ, quæ ditissima erant, præcipue Bengalæ, quod se iuxta maritima, fere ad 120. leucas extendit, tantumdemque In Mediterraneis dilataatur: Fluuius nobilissimus Ganges, secat ipsum medium: Metropolis eius est Gouro, 4. leucas longa sed non valde larga, ad fluuium sita. Sed cum dixerim Paulum, Chinam nuncupasse Mangi, necessarium mihi videtur id probare, quod factu difficile non est. Ciuitates enim Panghin & Nanghin, quas Marcus Paulus, in Mangi ponit ponuntur adhuc hodie, ab omnibus, qui de ijs aliquid retulerunt, in China: & quod ipse scribit, in Man- gi 1200. ciuitates numeratas fuisse, satis conuenit cum recen- tioribus

tioribus Relationibus de China. Facit quoque multum ad rem quod incolæ insulæ Cipanghi (quam aliqui Iaponiam esse putant) Mangi , tunc adhuc dabant nomen Cin. Vna tantum difficultas superest , quod Paulus & aliqui patres , qui ibi circa Innocentij quarti tempora fuere , pro primaria regni Mangi , ponant esse fama celebrem ciuitatem Quinzai , vbi decies sexies , centies mille familie numerabantur , de qua ciuitate tamen nullam mentionem faciunt Lusitani , nec patres Iesuitæ , nec alij , qui aliquam cognitionem regni Chinæ nobis dederunt : Id & mihi admirandum videtur , vel ob id , quod Paulus qui in Mangi ponit portum Zaiton (quem omnes recentiores locant in China , inter ciuitatem Cantan & Caput Liampo (afferat , quod fluuius qui se in eum Pontum exonerat , ramus sit illius , qui Quinzai perlabitur. His difficultatibus responderi potest , quod ciuitas Quinzai , hodierna die sita est extra Chinam , ad Septentrionem illius admirandi muri , de quo diximus. Verissimile quoque est , Quinzai in Tartarorum potestate manisse , postquam Chinam sibi subiugarunt , tanquam magnæ estimationis ciuitatem , & quæ propter sui situs fortitudinem , satis facile defendi posset , talemque eam vidimus in aliquibus Mappis , quæ in illis Regionibus exaratæ sunt. Alij ipsam excisam dicunt. Cum enim tanti momenti tantique nominis ciuitas sit , incredibile ipsis videtur , nostris temporibus (quibus plus quam vñquam Orbis detectus est) de ea nullam mentionem factam esse : adeò magna autem ciuitatis excidium res incredibilis videri non debet : Magnæ enim ciuitates ut plurimum sentiunt damna , aduersaque quæ bella adferunt : China etiam terræmotibus adeo impetuosis , vehementibusque obnoxia est , ut ijs ciuitates integræ euertantur excindanturque. Legitur quoq; in aliquibus litteris Lusitanorum , magnas ciuitates , igne de cœlo delapo absumptas esse : Sed necesse non est , ut quod ciuitatem Quinzai , intra terminos Chinæ non reperimus , eam dicamus excisam : verisimilius est , terminos illius Prouinciarum mutatos confusosque esse (sicut bello & irruptione Barbarorum , aliunde factum est) quam ut talis ciuitas nunc in nihilum redacta

fit Amplitudo imperij Magni Cham Cathaiensis temporibus supra notatis, extendit se ab extrema Asia parte, in Armeniam, & à Bengala ad Volgam usque, ut nihil dicam de Tartarorum excursionibus, ad Nilum & ad Danubium usque. Inde per cipitur Alexandri Magni & Romanorum Imperium, cum illorum dominio conferri non posse. Sed cum per Regiones superdictas Tartari vagati essent, armaque modo huc, modo illic circumtulissent, seque omnibus formidando tremendosque ostendissent, videntur ultra montem Caucasum sedes fixis sc. Quamuis autem eorum dominium in multos Principatus diuisum sit, nominis tamen amplitudo, & Imperij maiestas mansit penes Magnum Chamum qui à Magno Chingi originem ducere existimatur. Eius Imperium extendit se à deserto Lop, ab uno latere & à lacu Kitaia ab altero ad murum usque qui ductus est, inter 43. & 45. gradum ciuitatis Ochtoi (quaer inter duos montes Sita est) ad alium montem usque, qui ad Oceanum finem habet, diuiditq; Tartaros, à Chinensibus: Et ab Oceano Scithico ad confinia Tipuræ regionesque vicinas usque.

O P E S.

Conscripto spacio comprehenduntur multa magnaque regna, multæ amplæque Provinciæ: Tangut nempe, in qua sunt ciuitates Succuir & Campion ex lapidibus more Italico factæ, Ergimul, Carazan Tebet, Caindu ciuitates regnum Metropolitanæ. In medio Imperij, est Tenduch ciuitas, quæ Pauli tempore, erat Presbyteri Ioannis, sed magno Cham subdita, potissima quoque populi pars credebat in Christum, sed Zizanię & Idololatriæ multum admixtum erat. multi quoque erant Mahumetani. Illic est ciuitas Cambalu Imperij caput, continet in ambitu 28. milliaria: & vicina Taidu, ad lacum sita, habet in circuitu 24. milliaria: Xaidu ubi Palatium Magni Cham est, figura quadratum. Eius unaque facies, octo miliaria longa est, continetque quator portas: In eo circuitu, aliud est Palatium, quod in uno quadrato sex miliarium est, in cuius medio sunt tres Portæ ad Meridiem totidemque ad Septentrionem spectantes: in uno quoque angulorum, & in medio uniuscuiusque faciei, spectatur magnum Palatium.

Palatum. In hoc est præterea alter circuitus vnius Miliaris, in quadro, sex Portas, instar earum, de quibus supra dictum est habens, totidemque Palatia. Inter utrumque murum visuntur prata sylvaque, in hoc circuitu est Palatum magni Chami, de cuius communio ditatibus, ornatu, magnificentia meum non est dicere, sicut nec de venationibus; aucupio, pescationibus. Tota haec regio ut plurimum, plena est ciuitatibus populisque diuitibus, ciuilibusque: Cum quod Tartari quisibi cam in habitationem patriamque elegerunt, eòtius Asiae Chinæ, & partis Europæ (quæ peruvagati deprædatique erant spolia detulerint, quæ nunquam inde exportata fuere): Tum quod regio, consuetudini & commercio vnius ciuitatis, cum altera, maxime commoda sit: Procedit id, partim ex natura planicie locorum & amplitudine lacuum, inter quos est ille, qui Cazaia dicitur (cuius aquæ salæ sunt) & qui Guiam, Dangu, Xandu, Catacora dicuntur: Partim ex latitudine fluuiorum, qui cursu longissimo has regiones præterlabuntur nempe Cutato, Polisango, Zaiton, Mecon, (quem Paulus Quion nuncupat) Multum quoq; facit varietas fructuum, qui nascuntur: Abundat enim ut plurimum frugibus, Oryza lana, seryco, canabe, Rhabarbaro, Musco, Camelotis excellentibus, ex pilis camelorum confectis. Idem Paulus scribit, Caindu produceat Zinziber, Cinamonum, Garyophila, quod tamen mihi creditu difficile videtur. Multa fluminâ trahunt secum, auri. Moneta quæ ibi pensilis est, vnius nummi aut valoris non est. In Cathatio expenditur numerus, ex quadam charta nigra, quæ ex illa arborum pellicula conficitur, quæ inter arboris truncum, & eius corticem reperitur: Ea pellicula cum trita, contusa, temperata que glutine fuerit, signatur, deinde impressione Magni Chami: In regnis Caiacan & Carazan, expendunt Conchylia marina, quæ ali qui Porcelette vocant. Id nummi genus, in vsu est in multis Indiae & Aethiopie locis. Hac ratione trahunt Principes ad se omne: Aurum Argentumque Provinciarum, curant que id fundi conseruantque in locis securis, nec inde unquam aliquid sumunt. Opinantur itaque multi ipsum thesauros immensos habere. Simili arte Presbyter Ioannes, dum grana sa-

Ils piperisque expendi iubet tanquam nummos, magnos quoque
thesauros accumulat. Potum nobilem conficiunt ex Orija, &
aromatibus, inebriatque plus quam vinum: lacte acido (sicut
& Arabes) delectantur: Lacte quoque sublimato quod multum
ad ineibriandum valet.

V I R E S.

Magni Chami potentia consistit primum in sita, quem
munitissimum esse demonstrauimus: In amplitudine
regionum: In magnitudine ciuitatum: In abundantia com-
meatus: In copia reddituum. Percipit inter alias res, deci-
masex Lana, serico, canabe, frugibus, pecudibus, estque ab-
solute Dominus rerum omnium: sed potentiae eius nerui
consistunt in militia, quam semper armatam habet. Mi-
litae degunt semper in campis, quatuor aut amplius mi-
liaribus procul ab urbibus. Ultra stipendium, quod a Princi-
pe recipiunt, faciunt etiam compendium ex suis pecudi-
bus, lacte, & lana. Cum Magnus Cham militibus opus
habet, vocat ad se partem illius militiae, quae ad formam
regionum Romanarum, per Provincias disposita est. Tar-
tari ut plurimum non pugnant peditibus praeterquam Var-
cheni, qui Magno Cham non subiiciuntur. Praecipua eorum
arma sunt Arcus, & sagittae, quibus non minus fugiendo,
quam aggrediendo nocent. In bello valde expediti sunt:
corum tentoria sunt ex lana coacta, quibus se tempore
planio cooperiunt. Viunt ut plurimum lacte, quod ad
solem exsiccant, postquam butirtim ex eo segregarunt; &
sanguine equorum, dum vrget necessitas. In prælijs non
congredituntur cominus cum hoste, sed nunc a fronte, nunc
a latere, verumperpetua sagitarum grandine, ad modum Par-
thorum obruant hostes. Qui se strenue gesserunt, remu-
nerantur largiter, honoranturque altioribus gradibus pri-
uilegijsque, Donarijs quoque. Excubant Magno Cham
duodecim equitum millia, estimaturque ipsum colligere
posse multo maiorem equitum numerum, quam ullus aliis
Principes.

Princeps. Eius vires duas singulares considerationes habent Vna est multitudo copiarum , quæ ex amplitudinè ditionis ipsius colligi potest : Altera est promptitudo earum : perpetuo enim eos in ære habet , quæ res magni compendijs est . Si- cut enim in milite spectanda est agilitas , potius quam robur , ita in exercitibus pluris faciendi sunt prompti expeditique , quam prægrandes & numerosi . Illi autem Principes fortes , potentissimique habendi sunt , qui vires magnas expeditas que habent . Sunt enim hi tanquam Aquilæ , Tigrides , Leones , aut Pardi , quæ quidem animalia in ter alia Principatum obtinent , non ob aliud , quam propter agilitatem , robori corporis adiunctam , suntque ijs duabus patribus Equis , Tauris , Bubalis etiam Elephantes quamvis multo maioribus superiores .

R E G I M E N .

Vltra ea quæ scribit Marcus Paulus , aliqui Angli , qui per mare Moscouiticum , regionesque vicinas in Cathaiam penetrarunt , referunt res memorabiles de potentia maiestateque illius Principis , quem Mosci Cæsarem Cathaiæ , Turcæ Vlu Cham , id est magnum Principem vocant : Palatiorum siquidem magnificentia , amplitudine ditionis , opulentia thesaurorum , numeroque militum superat omnes Asiae Principes , regnatque tanta cum maiestate , ut subditum Spirituum umbram , etiam filium dei immortalis inepit dicant . Eius solum verbum eis pro lege in quo stat illorum vita & mors est . Tuetur iustitiam rigore notabili : criminis enim Rei , excepta prima vice , qua virgis acriter ceduntur , ob omnem genus delicti , dissecantur per medium . Videtur quod in eo sequantur opinionem Stoicorum de æqualitate criminum . Fur quoque priuatitur vita , nisi non plumbum persoluat , tam pro obolo quam pro aureo . In Imperium succedit primo genitus , hac cum ceremonia , Præcipui ipsorum septem generationum aut Tribuum , induiti albo , quo colore

in luctu vtuntur (qui & Giaponesibus mos est) Principem sedere faciunt super pannum nigrum, ex lana coacta, in terra stratum, dicuntq; ei vt Solē intueatur reuereaturq; Deū immortalē, quod si faciat, id ei in cælo copiosius quā in terra remuneratū iri. alias ei vix pannum nigrum, ex lana coacta, relustum iri, super quem in campis recubet, eumque mille calamitatibus afflictum iri. Imponunt ei deinde coronam, Magnatesque deculantur ei pedem, iurant, ei fidem, honorantque eum muneribus ditissimis. Scribitur deinde eius nomen literis aureis, reponitutque in templis maioribus, vrbis Metropolitanæ. Duos Senatus habet, vnum bellicum duodecim prudentum, alterū Statuum totidem Consiliariorum. Hi tractant omnia, quæ ad gubernationem spectant, curam gerunt eorum omnium, quæ ad peccatas & præmia pertinent: Non vtuntur minori diligentia curaque, in remuneranda fortitudine officijsque præstitis Imperatori, tam in pace quam in bello quam in castigandis puniendisque iis, qui se male, aut negligenter geserunt. Ijs duabus, in rebus, neimpe in remunerando & puniendo, consistit tanta vis regiminis, vt diei possit, maximam Principum barbarorum partem, ijs solis suam amplitudinem retinere. Quam enim aliam regendi formam habent Turca, Seriffus, Mogor, Persa aliique? Non vtuntur eo quam in rebus bellicis (paucos enim alios remunerantur quam milites & Capitanos) imo nec ponunt fundamentum sorum dominiorum in alia re, nec collimant in pacem & quietem, sed in victoriam & potentiam aut ampliitudinem: Nulla vtuntur mensura, nec in puniendo ignauos ab ictoisque, nec in remunerando fortes audaceisque. Nunquam fuit Respublica, aut Principatus, vbi robori militari, maiora emolumenta, præmiaque proposita fuerint, quam inter hos Barbaros. Sed magis inter Turcas, quam alibi: Tartari quidem Arabes, Persæque, habent nobilitatem in aliqua estimatione precioque: Turcæ autem deiciunt destruuntque nobilium domos, nec aliud magni faciunt quam audaciam & fortitudinem ponuntque in manus mancipiorum, & gentis vilissimæ sanguis spectetur (si tantum curent vt idonei inueniantur capacesque præclaræ fortunæ) omne suum Imperium. Sed redeundo ad Tartaros, & ipsorum ritum regendi gubernandique populos:

Astrologi

Astrologi illis regionibus magno in pretio esse videntur, scribitque Paulus, eorum in ciuitate Cambalu reperiri quinque mille, & cum Cublai Cham ex illis cognouisset, illam ciuitatem rebellem futuram, curauit aedificari aliam, cui nomen est Taidu illi vicinā, quae in ambitu 24. miliaria continet, prater suburbia: Quodque in Palatio, quod in Xaindu habet, multi Astrologi & Nicromantici sint. Astrologia iudicaria in China quoque magno in pretio habetur. Persia Rex Ismael, paucas res magnas aggrediebatur, nisi consilio Astrologorum, nec mirum est (cum ea ars, in illis regionibus inter Assyrios & Chaldeos inuenta sit) ipsam ibi adhuc florere. Turcae eam parui faciunt. Imperatores Romani eam sunt execrati & plus quam scemel, ei cum suis professoribus indixerunt exiliuni. Utinam ex Dei ecclesia exularet: nihil enim aliud est quam Stolo gentilitatis. Sed ut aliquid de qualitate populorum magno Cham subditorum dicamus: Tartari sunt vniuersaliter statura mediocri, humeris & pectoribus longi, facie lati, naso fimo, colore squalidi, compositione robusti, aduersorum incommodorū que patientes, equis exercitati, vsu arcuum dexterimi. Sicut autem Arabum pars ciuitates incolit, dicunturque Mauri, pars aut in cāpis degit, vocanturq; Baduini: ita & Tartarorū pars habitat ciuitates, tales sunt Cathaienses, Bocarenses, Samarchānenses: pars in campis vagando oberrat, dicunturq; campestres, diuiduntur in Hordas, quarum sunt quinque: Zauolenhses, Cossanenses, Praecopiti, Nagai, Cossachi, quamuis una horum pars opida incolit.

MAGNVS MOGOR.

Regio quæ inter Gangem & Indum est, semper magnis Monarchis subdita fuisse videtur: vt enim vetera taceamus, ciciter annū domini 1300. fuit in regno Delij Princeps Arabs, secta Mahumetanus, cui nomen erat Sanosaradin (vt scribit Iohannes Barros). Tantum ei erat potentia & roboris, vt sibi dominium Asiae parare tentarit. Relictis itaque illis regionibus, in quibus Indus & Ganges oriuntur cum prægrandi exercitu, paulatim illos Principes populosq; deuicit, qui se sibi opponebant, donec attigit regnum Canarae, quod super Caul ad fluuiū Bate incipit, extenditurq; inter Gate & Sinum Bengalicum, ad Caput Comorinum usque. Cum itaq; tam præclarum dominium sibi parasset, cogitauit conclusiq; in regnum Delij reuerti, in Canara, qui suas vices tueretur, relinquens abdeslam: hic victorijs sui Regis fretus, suaque industria confisus eripuit Gentilibus maximam Canarae partem, collegitque numerosissimum exercitum, in quo erant Mahumetani, Gentiles, Christiani, mortuusq; est, cum ei omnia prosperè cederent, duravitque ea prosperitas ad annos 20. reliquitque post se filium Mamudzam, quem Rex obire munus paternum passus est, ea legge, vt ei quotannis tributū penderet: Hic nec de pendendo Tributo sollicitus fuit, nec Regialijs in rebus obedire curauit. Accidit vt Sanosaradinus in bello, quod in Persia gerebat, moretur, filium tam parū fortē relinquens, vt Mamudza se Regem Canarae inscribere, ausus fuerit, vocauitque eam Decan & populus, Decainos; quod nothos significat. Instituit deinde 18. Capitaneos, diuisitque inter eos suum dominium, dans unicuiq; eius partem, cum condicione, vt certum equitum, pedestrumq; numerum, semper præsto tenerent. Vt hi autem occasio nē rebellandi nō haberēt nō elegit in Capitaneos, qui nataliū splendore clari erant, sed ex mancipiorū saorū numero: Quod plus est voluit vt eorum unusquisque, in sua ciuitate Regia Bider, pro sua habitatione Palatium ædificaret, in quo sui liberi manerent,

mancerent, & vt singulis annis, s^epius ad suam Aulam commea-
rent. Cum autem omnis authoritas, quæ proprijs viribus, & suo
rum im mediata^e subiectorum obseruantia non innititur, pa-
rum diuturna est: Ita huic etiam accidit, vt mancipia, authori-
tatem sui domini, sibi vendicantia, ipsum negligenter, & non
secus, ac statuam ipsum obseruantes, omni respectu & authori-
tate caderet, nullamque iurisdictionem reliquam retineret,
quam ciuitatem Bider, cum suo districtu. Vnusquisque enim ar-
mis, sibi arripuit iurisdictionem eius regionis, cui vicario no-
mine, præcerat. Facti sunt itaque ex Capitaneis, Principes, & qui
potentia plus valebant, oppressores eorum, qui minus. Redijt
itaqueres ad paucos, quorum duo fama celebres sunt: Vnus eo-
rum pertingit ad Cambaiæ fines: Alter Nar singe contermi-
nus est: Ille Lusitanis Nissamalucco, Hic Idalcane vocatur.
Vterque eorum adeò potens est, vt anno 1571. Idalcane, Goam
cum 35. equorum, 60. elephantorum millibus, & 250. tormentis
bellicis, obsidione cinxerit: Nissamalucco autē, obsedit Caul,
cum minoribus viribus, sed feliciore exitu: Quamuis enim
hunc locum non expugnarit, cum tamen ad extremam necel-
litatem redegit, amisitque in ea obsidione 12. Maurorum mil-
lia. In ijsdem Regionibus, in quibus Sanosaradinus Imperij
sui fines protulit, ab hinc quinquaginta annis, dilatauit suum
Imperium Princeps potentissimus, quem Orientales populi
vocant Magnum Mogorum, eo modo, quo nos Magnum Tur-
cam vocamus. Sicut autem Rex Barmæ (de quo alias diximus)
temporibus nostris, valde mutauit res regni Pegu & Siam, re-
gionumque vicinarum: Ita & Mog. confudit, pessum dedit
que Status ab hoc Gangis latere. Comunis opinio est, Mogorū
Tartaria oriundos esse, prodijseq; ex ea regione, quā anti-
qui Massagetæ inhabitarūt, qui inuicti roboris in armis fuere:
Nā cum nunquā sub alieno imperio fuerint, ipsi amplissimorū
regnorū dominiū sibi parauerunt: Contermini sunt Persis ad
flumen Oxū, contenduntq; , vt plurimū, cū ipsis, bello, tum de
religione, tum de Imperio: Eorum ciuitas Metropolis est, Sa-
marcanda, vnde magnus Tamerlanes prodijt, ex cuius sanguine
se Princeps Mogorum, gloriatur oriundum. Mogorū Prin-
cipis, qui nunc ad clauum sedet, prædesessor, nomen suum in

Oriente illustrauit Anno 1536. cum solicitatus à Rege Mandaō (cui Badurius Cambaiæ Rex ditionem eripuerat), ex septentrionalibus partibus, ei auxilio venit: Duxisse secum Bellatorum infinitum numerum fertur, percipiique id potest ex eo, quod Massenus scribit de exercitu Regis Baduri, nempe hunc Regem, sub signis habuisse 150. equitum millia, quorum 35. milia, phaleratierant: peditum numerus erat quigentorum milium, Inter hos erant 15. externorum militum millia, & inter eos 80. Christiani, partim Franci, partim Lusitani, qui viā & modo, mihi incognitis illuc peruenierant: Naus illorum quę dicebatur Dobriga, passa fuerat naufragium in plaga Cambaiæ. Apparatus belli commeatusque tanti erant, vt si iuxta Europæ vires censeantur, credi non possit. Sed suprà demonstrauimus causas, quare Principes in Oriente, & in Meridie, exercitus nostris multo maiores educere possint, eadem quoque valent, vt quę de bellici apparatus incredibili copia dicuntur, credibilia fiant: Sicut enim illi Myriades hominum armis instruere possunt, quod ad eos pascendos, armandosque non multo opus habent, ita etiam inestimabilem commeatuum, machinarum que bellicarum copiam, accumulare possunt: nihil enim ducūt secum, quām quod bello necessarium est: Copia vini, diuersa edulia, aliaque similia, quę nisi magnis impensis, labore, & molestiā, vehi possunt, ab ipsis omittuntur: Omnes ipsisorum res ad belli usus, ordinatae sunt: Aes, ferrum, chalybs, stannum ad fundendas machinas, tormentaque bellica; Ferrum & plumbeum fundēdis spherulis; Ferrū & chalybs fabricandis ensibus; Boues elephatosq; trahēdis tormentis; Cōmeatus nutriendis exercitiis Metalla ijs armandis; Venæ Minærarum Reditusq; ijs conseruandis. Omnes illi Principes Tyrāni sunt, & vt sua dominia conseruent, augustioraq; faciant, premunt populum, traduntque omnia in manus militum. Utque hi sibi fidi sint, faciunt eos rerum omnium dominos. Principes Mahumetani suis solis mancipijs fauent, eorumque fidei committuut Arces, expeditionesq; magni momenti. Ij siūt autē sēpe suis patronis rebelles, eripiuntque ipsis suas ditiones: Ut earum possessionem retineant, exponunt prædæ populos. Necessarium enim est, vt Principum potentia, aut benevolentia subditorum, aut aliorum initatur,

natur, (qui enim ab omnibus timetur, diu in suo Statu persistere non potest.) Tyranni autem, cum nihil boni sibi de suis subditis (quos non tanquam subditos sed ut mancipia tractant) polliceri possint, necesse est, ut militibus innitantur, demere aenare eorum animos, promittendo libertatem, dando que eis in predicta facultates subditorum. Turca fulcit se lanizaris, quinō aliū non dico patronum, sed nec patrem noruntab, ijs diligi studet, concedēdo eis omnia. Multi Principes Malauares habent populos loco pecudum stabiliuntque sua regna super Naires. Reges Ormuzij, Cambaiæ, Decan & Achen rerum summam, Mācapijs committunt. Ut finem faciam: Sicut legitimus Princeps iustusque curat ut à suo populo diligatur, quo ab eo suffultus aduersus externos hostes, munitus sit: Econtrario, Tyranni scientes se à populo odio haberi, curant ut à suis mancipijs, & à militibus diligentur, quorum armis virtuntur, tam ad deprimendos vassallos, quam ad procul arcendum hostes: Cum itaque stabilimentum suæ amplitudinis, super milites Naires, lanizatos, liberos aut seruos, indigenas aut extraneos, quales illi sint constituant, necesse est, ut sola militie ipsis finis scopusque omnium rerum sit, & ut se ipsos militibus, & apparatu bellico instructos conseruent, nulli rei parcant. Ut ad regem Baduriū reuertamur: ducebat cū numero militū, (quē diximus, mille Totū menta bellica, & inter illa quatuor. Basiliscos, quos trahebant, tantundem boum centenaria: Quingentos currus, pīluere pyrio, & spherulis onustos: ducentos elephantes armatos: Ulta hæc, quingenta dolia auro & argento plena, soluēdo stipendia exercitui, multi Principes dominique, cum eorum aulicis & sequela, Mercatores, Annonarij, Artifices, famuli innumeri: Duobus tamen prelijs Mahumedio victus fuit: Vnum prælium in vicinia ciuitatis Doce factum est: Alterum apud Mandao, ex quo mutata veste ut saluti sue consuleret, in Diu aufugit: Cūm se à metu recollegisset, misit legatos ad Solimannum Turcarū Regem cū dono, quod sexcentis aureorum millibus aestimatū fuit, ab eo petens auxiliū. Postea secum animo reputans, res suas magis prompto auxilio opus habere, iniit fœdus cum Lusitanis, qui ipsi magis vicini erant: Vtque eos amicos, sociosque belli haberet, permisit, ut in insula Diu Arcem edificarent.

ædificaret Sed ut ad Marhumedium reuertamur: Eius fortuna,
 multū Tamelans sui antecessoris, similis fuit: Sicut enī hic Per
 siæ Asiaq; tremorē incusſit, nihilo minores turbas excitatuit il-
 le in India, & in Oriëte: Si ille prælio superauit Barazetē Regē
 Turcarū, vicit hic Baduriū Cambaia Regē qui exercitū multo
 ipsius maiorē, aduersus eū eduxit. ambo sibi Magni cognomen
 pararūt. Cū Mogori abundatiā Indię cognouissent, percepis-
 sentq; eius fertilitatē, occupauerunt paucis annis, & perpetuo
 victoriarū cursu ferè id omne, quod inter montē Caucasum &
 Mare Hangē & Indū iacet. Cōtinentur eo spacio 47. regna: Ad-
 abar enī Marhumedij successor, cepit Madabar, cū potiori Cā
 baiæ parte. Qanti momenti sit hæc Prouincia, in qua sunt fama
 celebres ciuitates Madabar Cāpane (hæc ciuitas sita est in mōte
 qui in media planicie attollitur) & Cābaia, quæ suum nomē Pro-
 uincie communicat (hæc ciuitas vt scribunt instruit 130. focorū
 millia) potest cōprehendi ex ijs, quæ de exercitu Regis Badurij
 & de eius apparatib' bellicis diximus, ex quibus, & de eiusferti-
 litate fieri potest iudiciū. Nō est enim in Orbē terrarū Prouin-
 cia abūdantior, ditiorq; omniū rerū: nēpe Oryza, frugibus, le-
 guminibus, saccharo, bobus, pecudibus modesticis omnis gene-
 ris, seryco, diciturq; in ea esse sexaginta millia municipiorum,
 qui numerus profecto per magnus est. Scribit Guicciardinus in
 Germania inferiori (quæ in 17. Prouincias diuisa est) 208. opida
 muris cincta, & 150. municipia esse, quæ ciuiū Iure & priuilegio
 gaudēat. Et præterea 6300. pagos cāpanilia habētes. In Regno
 Neapolitano sunt 1800. partī oppida partī Castra: In Bohemia
 sunt 780 partī Arces, partī oppida & 32. pagorū millia. Frācia, vt
 scribit Ioanes Bodinus, numerātur 27. municipiorū millia, quæ
 habēt cāpanilia, vltra ea, quæ in Burgundia sunt, quæ eo tēpore,
 cum alijs Prouincijs descripta nō fuit. Quamuis ex alicuius reg-
 ni numero, de eiusdem potentia, iudicium absolutè faciendū
 non sit, sed id ex eorum amplitudine fieri debeat, eorum tamē
 numerus multum etiam ad rem facit: Cambaia autem prop-
 ter vitrumque pro regno amplissimo habendum est. Acabar ac
 quisivit sibi quoque regnum Bengalæ, quod ditissimum est: vn-
 de in illa Orientis parte dici solet: tres Reges esse: Vnum in
 Cambaia, Alterum in Narsinga, Tertium in Bēgala: Et vt quod
 verū

verum est dicatur, Cambaia & Bengala, præstant omnibus alijs Prouincij, territorij fertilitate & concursu mercatorum: Ambæ saccharo, gossipio, pecudibus, elephantis, equis, eximiè abū dant. In Bengala quoque crescit piper longim & zinziber. Il lam interfecat Indus fluuius nobilissimus; Hanc Ganges totius Orbis celebriorum fluminum vnum, habetque duo emporia famâ celebria, Satiganum nempe & Catiganum. Possidet quoque Mogor regna Citor, Mando, & Delly, vbi ipse habitat. Magnum habet Elephantorum, Equorum, dromedariorū numerum; magnamq; tormentorum, & bellici apparatus copiam, quibus se toti Orienti formidabilem tremendumque fecit. Scribitur (vt summatim dicam) ipsum in campos educere trecenta equorum millia, & quod in suis ditionibus habeat quinquagesies mille Elephatos. Rogabit aliquis vnde accidat, cùm hic Princeps adeò potens sit, vicini autem ferè incemes, quòd sibi non parat dominiū reliquæ Indiæ & totius Orientis: Obstant multa: Vnum est, quod sicut ingenium, & ars hominis in continuo labore, & motu esse non possunt, (nam perpetuò se mouere posse, solius Dei, & naturæ est) ita & conatibus humanis cursus continuus dari non potest: Et quamvis magna Imperia à viribus externis non infestentur, ipsa tamen, sua mole ruunt. Rebus magnis concessum non est, in suo culmine stare diu, minus perpetuo: Crescunt, sed ea conditione, vt tandem decrescant: Attolluntur in altum, sed ea lege, vt certus casus succedat: In se magna ruunt. Quanto autem magis crescit dominium, tanto plus procliuitati & agilitati decedit: Et quamvis vires euadant maiores, sunt tameū tractationi, ne dicam vibrationi minus aptæ: Non mouent se nisi lente. Velocitas autem bello summe necessaria est. Conquistorum magnitudo fert secum inuidiam, curamque ea conseruandi, securaque reddendi, & vt res conquistæ bene stabantur, tempore opus est: Interim armant se vicini, prouidentque suis rebus, cum occasione autem fugit auolatque vincendi commoditas. Qui hostes vicit, timet, vt plurimum socios & participes victoriæ, & vt visor, se de ijs securum reddat, opus est, vt expeditionem interrupat, & vt in medio cursu receptui canat. Ultra hæc: Victoriae reddunt Capitancos insolentiores, milites contumaces, & cum

Ces & cum illi vltra progredi iubent, recusant. Accident id Alexander Magno & Lucullo. Nec debet prætermitti, quod magna molimina ad optatum finē perducta indicent quidē quosdam particulares, sed euacuant, ut pluri muni, Principis Thefauros, qui faciunt, ut exercitus sub signis coadunatus maneat, redduntque animos paratos factionibus bellicis. Progrediamur. Tam numerosus exercitus, quem Mahumedi duxit aduersus Regem Cambalæ, non solum vastauit regiones quas pertransiuit, & in quibus moram traxit, sed præcidit sibi ipsi media se sustinendi conseruandique. Magni itaque exercitus quamuis ab hoste non posligantur, consumuntur fame, quam comitatur pestilentia. Viderimus itaque inundationes Attilæ Tamerlanis, similiumque populorum, exiguo tempore durasse: Ecōtrario autē, Gr̄ecos, Macedones, Carthaginenses, Romanos, & Hispanos, exercitibus potius exiguis, quam magnis, magnos progressus fecisse. Res enim moderatæ durant, fluiorū instar, qui quod vno anno non conficiunt, duobus aut amplius annis perficiunt. Immodicē res, similes sunt torrentibus, qui plus strepitus frgorisque, quam effectus faciunt, præcipitantur quidem, sed suo impetu dissipantur. Itaq; aduersus numerosos exercitus, non aliud salubrius consilium est, quam tempus extrahere, siue defensioni tantum incumbere. Certum enim est illos non diu subsistere posse, necesseque esse, ut breui commatum & pecunia defectu, aut propter infectionē aeris, aut morbos dissoluantur. Quod plus est: Res prosperæ excēdat homines: Aduersæ autem reddunt eos cautores. Fiunt itaque res victoris deteriores, victorum autem meliores. Id quoque est perpendendum, quod successu temporis parantur victoriæ quo tempore senium contrahit Princeps: Corpus autem afflitum, delassatumque extinguit animi vigorem, qui ad expeditiones bellicas sumimè necessarius est. Huius rei fidem faciunt, Iulius Cesar, & Imperator Carolus quintus. Obstat quoque progressibus Mogori locorum natura. Caucasus enim diffundit se in illis confinijs, mille ramis quorum aliqui, terminant regna: Alijs non sufficit terminare, sed & cingunt ea, muri instar: Alij concludunt ea prorsus: Alij autem reddunt transitus difficiles. Magis nocētæ difficultates Mogoris, quam alijs, quod ne fuit, roburque

roburque ipsorum militum in equitatu consistit, qui sicut in campis valet dominaturque, ita est exigui momenti in montibus. Huius qualitatis sunt confinia Persie, inter alia regnum Sablestan, quod vndequaquam cinctum est, illa Caucasi parte, quam Greeci Paropanisum dixerunt. Nec minus ambitur montibus Sigestan, Ita ut fluuius Ilmēto per eam vix viam inueniat. In ipsa Cambaia, ubi Mogori adeo potentes sunt, non ipsos timent Resbuti, qui se in montibus munierunt. Sunt hi reliquæ nobilium Gentilium, qui se in montes inter Cambaiam & Diu contulerunt, cum Cambaia primum à Mahumetanis occupata fuit, conseruantque armata manu suam libertatem, inferuntque saepe planicie damnum. Sunt ibi adhuc aliae regiones steriles, omniumque rerum, non aquæ solùm, indigæ. Eius generis est Dolcinda, ad fines Cambaiae, per quam exercitus ducinon posunt. His adiungitur temporis iactura, quam Principes (quibus magnum dominium est, voluntque suscipere expeditiones) necessario faciunt in itineribus. Aestas enim elabitur antequam eò, quò tendunt, cum equis semi enecatis, exercituque hominum numero multum di minuto, viribusque valde debilitato, peruererint, ingruitque hyems, quæ ipsis aduersa, hostibus cōmoda est: Ille enim in campis inter lutum & glaciem castra metatur: Hic autem degit sub testo, commodeque se habet. Inde accedit, ut omnes Principes, qui magnas expeditiones facientes suscepereunt, propter incommoda, quæ occurruunt ducendo magnos exercitus, ex una regione in aliam, coacti sint classes instruere, & fluminibus aut mari vti. Huius rei dedit præclarissimum exemplum Cæsar Germanicus in bello Germanico: Videntis enim tempore, (quod consumebatur mouendo exercitum) incommodis, laboribusque, & itinerum longuitate quoque, viros equosque absumi resque nimis in longum protrahi conclusit instruere classem. Mogoro autem nulla prorsus nauales vires sunt: Ab una parte, nullos portus habet: Ab alia, ei sunt vicini Lusitani, qui duabus maximi momenti Arcibus, quarum una est Diu, altera Daman obstruunt totum Cambaiae Sinum. Ultima causa, quæ illorum Tartarorum progressibus obstitit, est finitimorum potentia, que impedit ne se Orientem versus extendant. Regem Barmæ habet ibi vicinum, qui

nec potentia nec viribus ipsi cedit: In tot enim regna, regiones que dominium obtinet, imperatque populo adeo feroci pugnacique, tantumque eorum numerum in campos potest educere, ut vicinorum neminem timeat. Si autem Mogor exten-dit sui Imperij terminos, intra Gangem & Indum non minus dilatauit hic suos terminos inter Gangem & Siam. Denique crescentibus ingenij, quibus hostes offenduntur, crescunt con-sequenter modi, quibus se defendunt, ingeniumque humanum modulo maius fit. Dicitur enim prouius à natura ad defenden-dum, quam ad offendendum: Nutrè enim magis curæ est con-seruare, quā destruere. Imò nec permittit quidem aliquid cor-rumpi, nisi ut conseruet. Dici non possit quantum homo subtilitate, industriaque valet, ut se resq; suas defendat. Utitur enim ad defensionem, non solum eo, quod sibi proprium est, sed & omni eo, quod ad offendendum pertinet: nec posset reperiri aliquod instrumentum offensioni aptum, quo non etiam ad de-fensionem vti possit: Illæ itaque Arces, quæ nimis copertæ te-ctæque sunt, inter meliores non censemur. Tollunt enim defen-sori commoditatem offendendi vexandique hostem faciendi excursiones, vt tendi tormentis bellicis, igne artificioso, alijsq; eius generis inuentionibus. Sed quæ res est magis admiratione digna, quam ingenium fortificandi? Quid magis subtile, quam sermoqui de fortificatione habetur, nempe Cortinis Propug-naculis, lateribus, Vallis, Fossis, Contramuris, Cuniculis, Agge-ribus intrinseris, Calemattis, Contraminis, Diuerticulus simili-busque inuentionibus? Est ne res aliqua quæ exactissime excussa non sit? Hec Arx efficit ut pauci multis resistere possint, & vt exi-guus locus, sed munitus, vires, & thesauros potentissimi Regis consumat, Parua bellica Arx, potentiam magni Imperij fati-get, debilemque reddat. Hac arte ostingenti Lusitani ante ali-quot annos, eluserunt conatus, impetumque Magni Mogori, ad Daman in ora Cambaiæ, qui locus illorū est. Paucis ab hinc annis, per celeres equos ab Emmanuel Sosa Cotigna, Prorege Indiae, Regi Catholico nuciatū fuit quod Magnus Mogor, 60. Idolorum templo excidi iussit, dicens ea (idola) nullius esse effi-caciae, accersuisseque concionatores, qui ipsum instruerent, bap-tizarentq; & quod modo duo eius filij baptizati essent.

R E X C H I N A E.

Regni Chinæ Imperiū olim multo latius fuit quā nunc est. Deprehēdatur enim ex historijs ipsorum (quibus memoriā rerum ibi factarum, per bis mille, & amplius ter centum annos conseruarunt) & alijs eorum scriptis, proprio idiomate editis. (quorum adhuc fragmenta supersunt) Reges eorum, dominos fuisse, fere totius oræ Maritimæ Asiae, à Fretō Aniano, ad regnum Pegu vsque, & regnorum Melitaij, Bacam, Chalan, Baragu, (quæ ad Septentrionale latus Pegu sunt) vicinorumq; illorum, vbi adhuc eorum opera, cum epitaphijs & alijs eorum monumentis reperiuntur. In dictis omnibns regionibus, adhuc reliquiæ ceremoniarum veteris religionis obseruantur, quibus tradebatur scientia rerum Mathematicarum, vt est anni in menses diuisio, Zodiaci in 12. signa & aliarum huiusmodi rerum, quæ monumenta sui Imperij sunt. Nec adhuc longum tempus præterit, cum omnia illa regna, Regem Chinę, pro Monarcha habebant, ei quoquo triennio, mittentes Legatos cum donis: Legati ad minimum quatuor esse debebant, nam antequam ad Aulam, quo mittebantur peruenissent, ob locorum distantiam, difficultatem audientię, & moram in expeditione moriebantur duo & quamvis moribus ipsos non confecisset, Chinenses mortem eis veneno, (quod in aliquo publico epulo ipsis dabatur) accelerabāt ponebētq; eis sumptuosa sepulchra, quibus nomē Legati. & à quo missit erant, inscribebatur: Idonee siebat ab ipsis, vt memoriam sui Imperij potentięque eternam redderent. Nec minus protulerunt suam potentiam, in vasto illo Oceano, quam in Continenti: Chinenses enim primi in Insulas Orientis dominium obtinuerunt: Post eos Giani illarum dominium sibi pararunt: Deinde Malacenses & Mauri. Tandem Lusitani & Castellani adepti sunt illarum Insularum partem. Sed nulla illarum nationum, potentiam Chinensibus parem habuit. Ipsi enim præter Insulas Chinæ vicinas quæ cum propter multitudinem, tum propter magnitudinem & fertilitatem, magni æstimādæ sunt, obtinuerunt dominium

in maximam partem Insularum, illius immensi Archipelagi, ad Zeilan vsque, vbi idioma Chingallum reliquerunt, sicut & in terra Continenti ei opposita. Legitur quoque in aliquibus Relationibus Patrum Iesuitarum, in vna parte Insularum Diui Laurentij, inueniri populum album, quem à populis Chinæ originem trahere dicunt. Chinenses primi Insulas Molucas detexerunt dedereque nomen Garyophilis, deduxeruntque colonias, in multas Insulas, quæ adhuc nomen feruant, nempe Battachina à Muar: Batta China, Mauri. Bate enim oppidum, Batta China opidum Chinensium significat. Aestimatur quoque habitatores Iauæ, ab ijs originem traxisse. Ut quod verum est dicatur: Videtur magna similitudo in ipsorum viuendi, vestiendi, ædificandi ritu, industria mercaturæ, & artificiorum ingenio. Cum autem Chinenses, in Freto Zeilano classis so. na uium iacturam fecissent, ultra alia infortunia: Perpendentes similes expeditiones, suis rebus damnosas esse, concluserunt eas prorsus missas facere, regredie in suos fines: Vt hęc conclusio rata esset, pęnam capitis statuerunt in eos, qui in illas partes nauigarent. Reges Chinæ bello, alias offendere, prorsus abstinent. Ut verum dicatur: Cum ipsi foelicissima regione potiantur, vbi terræ fertilitas, cum hominum inestimabili industria certat, cui nihil deest, multaq; eorum vīsibus abundant cur consumerent suas opes, in faciendis acquisitionibus, suo Statui parum profuturis? Cur absumerent proprias vires, & substantiam vt acquirerent aliena? Quid pīscarentur Retiauro? Carthaginenses sicut scribit Polibius, simili fere modo exonerarunt se, vna parte rerum prius partarum: Romani cum secundo bello Punico, iacturam fecissent maximarum classum, præ desperatione valedixerunt Mari. Postea autem videntes, quod qui Mari dominarentur, quoque terra præualerent, rursus nouas classes instruxerunt, quibus tandem hostibus superiores fuerunt. Quamuis hęc Chinensium resolutio hodie prudentiæ non ascriberetur, tamen pro maxima sapientia habenda est. Cum enim maior fatuitas non sit, quam tua perdere, vt rapias aliena: destruere fines proprij Regni, vt inuadas alieni: profundere sanguinem vitæ necessarium vt haurias alienum, Regium magis, & Principis opere dignius est, conseruare, (sicut ali bi dixi-

bi diximus) quam dilatare: Conseruatio enim Statuum dat eis essentiam, ampliatio autem eo spectat ut eis bene sit. Ad quem finem autem se macerabit aliquis, vt sua ampliora reddat, si ampliatio Statuum non solum non efficit, vt bene commode que eis sit, sed destruit id, quod ante bene erat; Ad quid expendet proprium pro alieno? Rem quę iam subsistit, pro incerta & quę accidere posset? Necessarium pro vtili? quare debilitabit suam personam, vt maior fiat? Princeps sapiens debet alienus esse ab ijs expeditionibus, quę ipsum securum non faciunt, aut insigne commodum secum ferunt: Securitas enim Status, est yna Basis, in qua subsistit: quod studet acquirere est ut securior sit: Securitatem autem adferunt acquisitiones Angustiarum, claustorum, viarum, rerumque oportuarum, vt hostem longe à te submoveas: Vtilitatem commodumq; adferunt eę regiones, que pecunijs ditant, aut comuneatibus apparatuque bellico, rebusque talibus instruunt. Sed vt ad Chinenses revertamur. Quando illud sapientiæ plenum decretum fecerunt, liberos dimisere populos, qui eis subiecti erant. Aliqui tamen eorum, mansere feudatarij, & sub illorum umbra, inter quos fuere Reges Coreæ, Lequij, Caucinchinæ, Siam. Quamvis autē (vt diximus) se inter suos terminos finesque Chinenses reduxerint contulerintque, possident tamen regionem paulo minorē q; Europa est: Extendit se enī à Septentrione Meridiē versus, à 17. gradu ad 52. vſq; quo spacio cōtinentur 35. gradus: Ab Ortu, ad occasū, sunt gradus 22. Pacquin in qua degit R ex, est in 48. gradu nostri Poli. Diuiditur China, in 15. Provincias, harū sex sunt nempe, Maritimæ Cētan, Foquī, Chiquuā, Pantora, Naquij, Quincij: Mediterraneæ, Quichiu, Juana, Qsancij, Sniuam, Fugquam, Cansij, Xianxij, Nonam, Sancij Prouinciæ Quinci Cantanor Foquem, à Mediterraneis diuisę sunt monte, nostris Alpibus simili, nec plus quam duo itinera ibi reperiuntur, quibus ad se mutuo meant. Tomas Perezius Legatus Regis Lusitanicæ Emmanuelis, à Cantan ad Nanquij consumsit quator menses, Septentrionem versus semper tendens: Attamen Nanquin ad Septentriones magis est. Ad amplitudinem confinium supra dictam, accedit fundi fertilitas incomparabilis: Producit enim quidquid ad delicias & delectamenta non ad necessitatem

solum, & ad usum humanum facit. Multæ plantæ bis aut ter in anno fructus reddunt Ad i& facit fluuiorum freq[ue]ntia, aquarumque copia, quæ totam regionem, non solum nauigabilem facit, sed & ita irrigat eam, ut amoenissimus hortus videatur. Ea fertilitas geminatur dupli via: Vna, quo d[omi]n[u]s Rex nullis sumptibus parcit, vt tota Regio vnde irrigari possit, in partes duas secando aspermos montes, vt fluminibus transitus pateat. Aequando profundas valles Corruando aquas lacuum & fluminum multis modis: Cum itaque nullo loco deficiat calidū, quod tota fere regio intra Zonam temperatam contineatur, nec humidum (quo natura benigna, & hominū industria eam irrigant) luxuriant omnia, plus quam credi posset. Nullus alibi locus est ubi propagatio plantarum & pecudum, maiores, progressus faciat: Altera fertilitatis causa est quod nec seges seuerissime castigantur, nec hic prorsus tolerantur, vnuſquisque aliquid facere cogitur, nec relinquitur palmus terræ, qui non colatur, nec dragma materiaꝝ quæ non formetur. In Cantan, inter alias res notatu dignas, numerantur quatuor cętorum millia, qui terendis frugibus, & Orija occupantur. In China habet vnuſquisque quod agat, secundum eius vires hic manu, ille pede, oculo, lingua aliquid agit: ijs solum in Protodochijs publicis locus est, qui prorsus membrorum omnium impotentes sunt, nec affines habent, qui eis succurere possent. Stercus humanum (taceo alia) hic venditur. Ut se nemo excusare possit, quod nihil agere norit, vnuſquisque artem paternam exercere cogitur. Cum itaque filij in artib[us] paternis quodammodo nascantur, obligatique sint eas exercere, addiscunt fere eas antequam id perceperint, idque perfectissime. Qui sibi in terra vitium non potest parare, facit id mari, id enim non minus frequenter habitatur, quam illa. viuuntque infinitæ familiæ in fluminibus, in cymbis, nec post longum tempus in terram descendunt. Horum aliqui vehēdo, aut traijendo personas, mercesque merent: Alij officinas sibi parant: Alij hospitio excipiunt iter facientes: In medio fluuiorum reperiuntur quidquid ad amictum aliasque commoditates vitæ ciuilis facit, non ad cibum alimentaque solum. Multi nutriunt in nauibus, magnum pullorum numerum præcipue Anatarum Ad fouendum oua, excluden-

Ex China.

excludendoisque pipiones, matribus non vtuntur, sed temperati ignis, fere sicut in Aegypto, singulariter autem Alcairi fit: Tenyt has aues noctu in cymbis, mane in campos Oryza semi natos emittunt, cumque se magno rusticorum commodo herbis noxijs pauerint, vbi nox ingruit, ad sonitum cymbali aut tympani ad suas caueas redeunt. Multi viuunt vehendo pisces fluuitatiles & marinos, in Prouincias Mediterraneas: Vere enim dum turgent flumina, ob aquam pluiam & niuem liquefcentem, confluit piscium marinorum incomparabilis copia ad ostia fluviorum, vbi pescatores eorum incredibilem copiam capiunt: Eos nauicularij fluminum, paruo emunt à pescatori bus, conuentuntque (in quibusdam vasis ad id idoneis pascendo illos, ac sepe recenti aqua reficiendo) in regiones longissime ab Oceano distitas. Ibi venuudantur, mittunturque, in latas ciuitatum fossas, & in viuaria, in quibus toto anno perdurant, seruiuntque Chinensium mensarum delicijs: Pascunt pisces stercore bubulo aut columbino. Ut finem faciam: Cum ciuibus vettitum sit, finibus excedere, nisi cum venia (que pro certo tantum tempore permittitur) necesse est ut crescente quotidie progenie, innumeri incolarum coetus excrescant: Ab ipsis obseruatū est, vice quinq; morientū, ad nasci septem. Adde, In his regionibus tantam esse cæli benignitatem, aerisque salubritatem, ut non meminerint, ibi aliquando pestem vniuersalem fuisse. Ne autem aliquis existimet, bonum aliquod alicubi inueniri, cui non tantundem calamitatis, rerunq; aduersarum rependatur. Accidunt in China terremotus, qui plus damni quam pestis faciunt: Absorbent enim integras ciuitates, desertas reddunt regiones. Condunt antiqua flumina, & recondunt noua, Montes solo æquant, faciunt miserandam stragem illius populi. Anno 1555. erupit eterræ visceribus tanta aquarum copia, ut 180. miliaaria inundauerit, diglutiuitque ciuitates cum earum villis. Qui aquas euaserant, illos ignis celestis consumsit. Numerantur in China 150. ciuitates, 235. magna oppia, 1154. castella, 420. vrbes absq; muris, in quibus milites degūt. Villarū Pagorūq; quorum aliqui habētes mille focos, numerus iniri nō posset: tantum enī vndiquaq; populi est, ut vniuersa China vna ciuitas videatur. In ea sūt duę Metropolitanę ciuitates Nāquin Pāquin: In hac (& Regia

Regia Septentrionalis interpretatur, nunc habitat Rex: Istiqꝫ subsunt 7. Prouincia; huic octo. Ambæ adeo amplæ sunt vt vno integro die equites, priusquam ab vno capite ad aliud peruenias. De numero habitatorum Chinæ nihil assimari potest, secundum autem quod ex Relationibus manu scriptis extat, & ore refertur, colligitur 70. Millions animarum exceedere. Hęc profecto res magna est, nec creditu facilis illi, qui cum regnis Christianitatis illum numerum conferre, & ex illis estimationem facere velit. Italia non accedit ad nouem Millions. Nec Germania (excludendo Heluetios & Belgas) ad plus quam decem, nec additis duabus dictis Prouincijs excedit quindecim Millions, quem numerum forte conficiet Francia. Hispania populo infrequētor est Italia. Sicilia habet vnum Millionem & tercēta hominum millia: Anglia tres Millions. Tantundem numerantur in Belgio quamvis belli diurnitate numerus Belgarum, multum immunitus sit. Non tamen incredibilis ille numerus (quem habitatores Chinæ confidere diximus) videbitur si considerentur ipsius amplitudo, fertilitas & loci habitati: Ea enim Prouincia adeo ampla, & tot habitatoribus frequens est, vt minus incolarum ei tribuendum non sit. Tot habet vrbes, & tam amplas, aliasque ciuitates, vt tantum numerum capere & excipere possit. Est quoque adeo copiosa, rerumque omnium copia, partim naturę beneficio, partim hominum industria abundans, vt tantum numerum pascere possit. Nos Itali nobis ipsis egręgię imponere solemus cum opinamur Italiam omnibus vniuersi Orbis regionibus præstare, nobisque persuademus nullam Prouinciam, nec opulentiorē esse nec frequentius habitari. Nec perpendimus Italiam longam angustamque esse Prouinciam, non spacioſam nec capacem. Nec quod duæ tertiae partes flumen nauigabile non habent, qui defectus admodum pregnans est: Nec quod quartam partem occupat Apenninus, qui mons, vt plurimū asper & parū frugifer est. Quod ad fertilitatem Italiam attinet, eius parti, cedit Francia copia frugū & pecudū? Aut Anglia frugibus, pecudibus lana, piscibus & metallis; Aut Belgium multitudine & amplitudine ciuitatum, varietate artificiorum, opibus & mercatura; Aut Græcia pulchritudine &

tudine & oportunitate situs, & maris Portibus aut regionibus dulcibus? Aut Hūgaria, pecore, equis, vino, frumento, piscibus, Mināris, omni denique bono? Sed nolo in his enarrandis me detinere diutius quam necesse est. Longobardia tantum Italiae partem occupat: Sed cum explicetur pulcherri- mis planiciebus, irrigeturque amoenis fluminibus, nec montes asperos, nec campos arenosos habeat, tantum populi, quantū dimidium Italiae habet: Quid autem dicemus de Francia, Austria, Germania inferiori, Pannonijs, alijsque quæ omnifariam planæ, opimæ, extremeque delitiosæ sunt? Concludamus ergo: Cum China non minus amplum spaciosumque regnum sit, quam vnitum, sibi iunctum, plenum populo, annona & opibus, pro vno maximorum Imperiorum, quæ vñquam fuere habendum est.

R E G I M E N.

China regimē Despoticum plurimum refert: In tota China, nullus est alius dominus præter Regem. Ignorāt quid Comes: quid Marchio, quid Dux sit. Nulli alteri tributum aut vestigal penditur quam Regi: Confert is omnes Magistratus, etiā nobilitatem: Dat eis quo se sustentant, nec aliud ponderosum faciunt, cuius ipse certior non fiat. Non sicut Regi tantum ei obeditur, sed & veneratur sicut numen. In vna quaque Provincia est Regis effigies aurea, quæ velo operitur, præterquam, nouilonijs: Tunc detegitur, visitaturque à Magistratibus, infleuntque genua coram ea, tanquam Rege ipso. Nec solus Rex reueretur, sed & Præsides, ipsique indices ita honorantur, vt eis nemo loquatur, nisi genubus insidens. Hac re vilesunt admodum animi populorum, facitque eos mancipia potius quam subditos Principis. Exteri (quod eorum conuersatio consuetudoque aliquam mutationem, aut aliquid noui in regime in- trudere posset) non ad mittuntur in regnum: Concedunt eis autem aliquid commercij, in oris maritimis, vt distrahant di- uendantque annonam, & opicia quæ ipsi feceré, Mercatores

qui hic versantur, mercaturamque terra exercent, multi se co-adunant, vnumque inter ipsos Principem constituunt, cui titulum Legati dant. Hac cautela intrant regnum, sed Officiarij & ministri Regis, nunquam discedunt ab eis. Indigenæ non possunt regione exceedere, nisi permisso, nec conceditur permisso, nisi ad certum tempus: Ut de redditu securi sint, non dant facultatem exeundi, nisi exercenda mercaturæ gratia, nauigando in nauibus 150. vasorum capacibus, suspicantur enim eos multo longius nauigaturos, si maiores naues concederentur. Ut finē faciam. Huius regni lex est, vt ad nihil aliud, quam ad pacem & conseruationē Reipublicæ colliment: Ideo floret hic iusticia quietis mater, deinde Politia magistra legum, deniq; industria pacis filia. Nō aliud regnum, nec dominium antiquum nec nouum illo magis politicum est. Plus quam bis mille annis (sicut ipsi suis historijs docent) regitur China ijsdē legibus. Nos miramur Rem publicam Venetiam constitisse iam 1100. annis, regnum Franciæ autem iam se per 1200. annos conseruat. Circiter ducenti iam anni sunt, cum China à Tartaris oppressa pertulit eorum dominium circiter 90. annis. Chinenses seipso magni faciunt in rebus ciuilibus & politicis, quibus prorsus inuigilant. Solent dicere se habere duos oculos, Europæ populos vnum, ceteros nullum. Ita honorifice de nobis loquuntur, quod ipsis noti sint Lusitani, cum quibus mercimonia exercent in Macao, & alijs locis, & propter famam Castellanorum, qui ab ipsis non longe absunt, in Philippinis insulis nempe.

V I R E S.

Ex frequentia populi (quam docuimus) fieri potest iudicium virium Chinæ: In ea enim consistunt omnes aliae vires. Sed vt aliquid in particulari de ijs dicamus: Potentia Regis Chinæ (quod suo contentus, omnem inuasionē abhorret) defensioni magis, quam offensioni prona est, & aptior, vt sua conferuet, quam vt ea augmentet. Ciuitates vt plurimum ad fluminā nauigabilia sita sunt, habentque fossas profundas largasque, muricas.

muri earum tum è lapide fossili tum coctili sunt, adeo firmi solidique, ut credi vix possit. Turres non desunt, nec propugnacula quam optime instructa. Ad fines Tartariae ut securi essent aduersus potentiā talium hostium, qui quondam Chinam ingressi eam subiugarunt, fabricarunt murum [qui initium habens, ad ciuitatem Ochioi (inter duos altissimos montes positam) extendit se ad sexcenta miliaria Ortum versus, donec ei alius mons occurrit, qui ad Oceanum usque protenditur. Ad regni fines videntur frequentes, sed paruae Arces, et erectae sunt, ut hostem sistant, donec concurrent vicina praesidia, & deinde Regius exercitus. In quadringentis magnis pagis, magnum populi numerum, quotidie stipendia merentium habet Rex: Hi ad minimum indicium, in eam partem, qua necessarium est, tendunt. Vnaqueque ciuitas suos Praesidarios, & suam custodiam ad portas habet, eaque non clauduntur solum, sed & suo tempore ob signantur, nec aperiuntur ante quam sigillum diligerenter recognitum sit. Eorum militia, cum equestris, tum pedestris, tum terrestris, quam Maritima numerosa potius, pro beque instructa apparatubellico rebusque necessarijs, & quod maximum est, probe ordinata est, quam fortis & vegeta. Indigenae enim cum propter nimiam mollitatem regionis, tum propter formam regimini, quæ ipsos viles, timidos, abiectosq; reddit, audacia animique parum habent: Extero subsidio non utuntur, præterquam illorum quos bello ceperunt, quos in citiores regiones mittunt, ubi signum gestantes, (quod ipsos ab alijs distinguit) seruiunt, sed animo mancipiorum potius quam militum, stipendia certa eis persoluuntur, nec premia virtuti, nec pena ignauie desunt, quod magna efficacie est. Qui militiae adscripti non sunt, arma habere non possunt. Maritimæ vires terrestribus non sunt inferiores: Nam præter classes ordinarias custodia & securitati oræ meritimæ destinatas: (cum China fluminibus nauigabilibus tote abundet, ora que maritima Portibus instansque instructa sit) facile est, cum urget necessitas, colligere à quingentis ad mille magna nauigia, quæ ipsi Giunchi vocant. Non desunt stipendio persoluendo pecuniae, nec ad delectus faciendo, retinendumque maiorem, quam credi posset numerum nauium militumque: Afferunt enim multi, Reditus

Regales ad 120. aureorum Millions accedere , qui numerus
quamuis incredibilis videri ei posset , qui ex Statibus Europa-
Chinæ estimationem facere velit,fidem tanien facile inueniet
apud illos qui cōsiderabunt sequentia , nempe amplitudinem
& naturam Prouinciarum quæ Europa paulo minor est: Frequentia
am habitatorum , quam consequitur inestimabilis opulentia:
Diversitatem & diuitias Minærarum Auri , Argenti , Ferri
aliorumq; metallorū : Inexplicabilem copiam mercimonio-
rum quibus(mercimonis) mire fauent tot flumina nauibus per-
via, Tot Siaus & brachia maris , Emporia , Portus maritimis:
Telonia: Vestigalia mercium : Tributa personalia & similia;
Percipit inter alia decimam omnium , quæ terra producit , vt
sunt omnis generis frumenta, hordeum, Oryza, Oliuæ, Vuæ(fed.
non premunt vuas vt vinum extorqueant.) Gossipium, Linum
Lana, Serycum infinitum, metallorum omne genus , germina
infinita, pecudes, Saccharum, Mel, Rheubarbarum, Campho-
ra, Cinnabaris, Glastum Odoramentorum multa genera, & in-
terea Muschum. Vestigia solum salis ciuitatis Canton , (quæ
nec ex maximis , nec multi commercij est) reddit aureorum
180. millia. Decima Oryzæ vnius mediocris opidi iurisdictio-
nis supra dictæ ciuitatis reddit plus quam centum aureorum
millia: Inde aliarum rerum estimatione fieri potest. Percipit Tri-
butum ex lucro meretricum : Subditis nihil præter victum
& amictum relinquit. Nullos sub se Comites, aut dominos alte-
rius generis habet, nec priuatas personas, qui opulentis sint. Cū
itaque regnum immensum sit, redditusque fere omnes, in Regis
manu sint, mirum non est, si ipse inde aureorum numerum in-
credibilem percipit. Duæ præterea res hanc summam redditu-
um credibiliorem reddunt: Vna est, quod non omnia soluan-
tur in pecunia, sed pars in rebus nempe Fœno, Oryza, frugibus,
palea, Seryco, Gossypio: Altera, causa est, quod Reges 120. Mil-
lionum, quas percipiunt, tres partes expendant: Dum itaque è
manibus Regis exit, quod à populo percepit, nemini mirum
videri debet, quod populus ipsi, id quotannis reddere possit.
Sicut enim aqua tantum descendit, quantum se in altum extu-
lit, ita & Tributa, facile tantum inferre possunt quantum Regi
in sustentaculum suorum expendendum est, ipseque populus
tantum,

tantum Regi pendere potest, quantum ipse in regno expendit. In regno dico, si enim extra regnum expenderet Angariæ dupliciter consumerent populum, nam ex eius manibus claberentur pecuniaæ facultatesque, neque spes supereret alicuius emolumenti, aut fructus alicuius. Sed hac de re satis diximus in rationibus Status.

PRINCIPES FINITIMI.

NVIIUS Principis potentia Regi Chinæ terra timenda est, præter quam Magni Chami Tartari: Omnes enim alij, ipsum pro supremo domino agnoscunt: Aduersus hunc hostem curarunt Reges præteriti, strui stupendum illum murum, A mari latere Rex Chinæ conterminus est Iaponibus & Castellanis. Iaponia varie distat à China, à Goto Iaponiæ insula, ad ciuitatem Liampo, numerantur 60.. Leucæ, A Cantone 297. Iaponenses diuexant oras Maritimæ Chinensium incursionibus, in terram descendentes, ut deprædentur regionem, ita ut magis latrocinia exerceant, quam quod quid bello agant: Cum enim Iaponia in plures insulas, & in varios Principatus inter se ferre dissentientes, diuisa fit, non nisi inualide contra regnum Chinæ mouere se potest. Iaponenses animis armisque Chinensisbus prestantiores sunt. Dicitur Nabunangam, qui se hodie, pro domino magnæ partis Iaponiæ gerit, in animu habere in Chinam expeditionem suscipere. Ab alia parte iungunt Chinenses fines cum insulis Philippinis quas possident Hispani, qui Chinensisbus admodum suspecti sunt, nec id abs re: Sunt enim Philippinæ situ valde commodo, ad vexandum Chinam: Hispanis quoq; probe notum est, quam diues sit illud regnum. Rex Hispaniarum Philippus, omnes vias tentat, ut tranquille recipiat Euangelium, videturque dominum Deum nostrum, a modo aliquam portam aperuisse: Quamuis enim Chinenses, in suam ditionem exterros non admittant, sicut alibi diximus, attamen aliqui Patres Iesuitæ, moti intenso desiderio gloriæ Dei, & ampliationis suæ sanctæ legis, in campo adeo spaciose, qualis il-

qualis ille est magna arte, nec minori patientia regnum Chinæ
 sunt ingressi, comparataque sibi aliquorum Magistratum be-
 neuolentia, obtinerunt priuilegium naturalitatis, præcipue Pa-
 ter Michael Rogerius: Venit hic in Europam anno 1590. vt refer-
 ret, quid illuc ageretur. Dum ego hęc scriberem, allatae sunt Sig-
 nificationes, à duobus Patribus, quin in regno Chinæ remanse-
 rant, quibus significabant, se diuersas persecutio[n]es passos, tan-
 demque coactos fuisse, ciuitate in qua habitauerant aliquos que
 conuerterant excedere & maritima versus, se conferre. Lusita-
 ni ip[s]is quoque aliquantulum suspecti sunt iij mercimonia in
 illo mari exercendo, pri[me]um fidem sibi conciliarunt, auspici-
 js Ferdinandi Andrada, propter significationem iustitie, & mo-
 derationis, quam de se, in insula Tamo dederat. Hic primus
 omnium Lusitanorum, in ciuitatem Cantam venit exposuitq[ue]
 in terram Thomam Petreum Legatum Emanuelis Regis Lu-
 sitaniæ, Sed eo postea delati alij Capitanei prauis suis actioni-
 bus moribusq[ue] occasionem dedere, vt Legatus pro explorato-
 re captus fuerit, & in carcere detentus vbi miserabiliter suos di-
 es finiuit, cum alijs autem, tanquam cum hostibus acutum fuit:
 Tandem post multos annos concessum fuit Lusitanis, vt sedes
 figeret (mercimoniorum gratia) in parua insula Macao, in qua
 fere coloniam fundarunt, sed parum firmam, quod penitus sub-
 iecti sint arbitrio Chinensium, qui ipsos ob ingenia, & strenui-
 tatem suspectos habent: Eos quoque non fugit amicitia, collu-
 sio & consensus qui ipsos cum Castellanis intercedit. ideo
 que restringunt quotidie libertatem commercio
 rum, conanturque ita se gerere, vt Lu-
 sitani sua sponte, Macao re-
 linquant repetant-
 que Indianam.

R E X S I A M.

AD limites Chinæ, relinquentes regnum Caucinchinæ (de quo, quod huic operi inseratur, dignum nihil habemus) sequitur regnum Siam, quod inter magna Asiæ regna habetur. Nomen à Siam ciuitate, ad ostia fluuij Menam traxit dicunt quoque regnum Gornao. Extenditur ab Ortu Occasum versus, à ciuitate Campaa, ad ciuitatem Tauai usque, quo spacio quingentæ leucæ secus oram Maritimam comprehenduntur. Interim verum est, Arabes eius regionis, ultra ducentas leucas usurpasse, cum opidis Patane, Paam, Ior, Malacca (quam postea Lusitani his eripuerunt) Perca: A Meridie Septentriones versus, extendit se à Sincapura, quæ in medio gradu est, ad populos qui vernaculae Gueoni dicuntur, qui ad 29. gradus sunt. Lacus Chiamaï qui sexcentis miliaribus à mari distat Regis Siā est in locis mediterranies, dilatatur à finib. Caucinchinæ ultra Auā fluuiū, ubi regnū Cencrā possidet. Sunt itaq; ipsius simul cū lacu Chiamaï, flumina Menon (quod Capitanū aquarū sonat) Menam, Caipumo, Aua, qua omnes illas regiones plus quam credi queat, omni annonæ genere fertiles reddunt. Potissima regionis pars, vndique montibus Auæ, Bremæ, Langomæ cincta, situ plana est satisque Aegypto similis Abundat, Elephantis, Equis, Pipere, Auro, Stanno. In regni parte Occidentali, habet sylvas immensas, Tigridibus, Leonibus, Lyncibus & hyenis plenas. Cōtinet regna Cāboje, Siami, Muantai, Bremæ, Caipumo & Chencran. Regi Siami obediunt Populi Lai, qui ad Septentrionem regnum Muātai & Caumua sunt, in tria regna (vt alibi diximus) diuisi: Primum est Langomæ, secundum Cucrai, tertium Lancaā, Caucinchinæ vicinum: In habitant regionem planam & opulentam in quam, ex montibus descendentes Gueoni (Marcus Paulus Venetus appellat eorum regionem Canigii) appetitu carnis humanæ, faciunt eorum horribilem Lanienam. Ab his sibi timentes Lai, agnoscant Regem Siami in superiorem dominum, sed ei parum obediunt, sēpēq; ei rebelles fiunt.

D I V I T I A E.

HVIVS regni opes, ex eius fertilitate percipi possunt: cum enim in planicie sit, quæ à nobilissimis maximis que fluminibus, oportuna inundatione Nili instar irrigatur, dici non potest quantum rerum omnium copia affluat. Producit Oryzam, frugesque innumeras, Equos, Elephantes, pecora que infinita Aurum quoque Stannum, Metalla. Argentum à populis Lai eo defertur: Hæc terræ fertilitas in causa est ut populus se valde delicijs & voluptatibus obruat. Agriculturam ex ercent, sed artibus non admodum delectantur, eamque ob rem regni exigui cōmercijs est. Inter alias ciuitates tres admodum celebres sunt, nimirū Cambaia, ad flumen Meicon aut Menon sita, quod in China oritur & in decursu adeo fluminibus & aquis augetur, ut ei suus alueus non sufficiat: & propter aquarū vim se mutuo protrudentium rumpit discinditque terram, plusquam in mille partes, efformatque lacum quasi alterum Meotidem, plus quam sexaginta miliaria longum: Meicon Capitaneum: Menon matrem aquarium significat. Altera ciuitas est Siam, cuius amplitudo toti regno nomen dat: maxima ciuitas est, commercioque admirabilis, id inde colligi potest, quod quidam Pater Iesuita scribit, vltra Indigenas incolas, plus quam triginta millia Arabicarum familiarum in ea esse:

Tertia ciuitas Vdia nomine, Siana adhuc maior est, diciturque in ea esse quadraginta incolarum millia, & quod in flumine Caipumo (ad quod sita est) discurrant ducenta cymbarum millia:

VIR E S.

VIRES.

Rex Siam magnifice viuit, sex excubitorum millia habet, & ducentos Elephantes, ostentandę suę amplitudini: Eorum Elephantorum 30. millia habet, quorum tria millia bello idonei sunt. Et res pro maxima habenda ea, si eorum precium, & impensae in ea animalia facienda, considerentur. Regis Siam administratio plus despotas refert quam Regiam gubernationem: omnium enim sui regni terrarum dominus est, easque locat colonis, aut dat eas sui Baronibus, ad ipsorum sustentaculum, ad certum tempus, aut quam diu viuunt, sed nunquam iure hereditario: dat quoque ijsdem Baronibus ciuitates oppidae, cum iurisdictione ad tempus præfinitum, vel etiam ad vitam, sed ea condicione, vt ei in bellis, certo cum peditum numero, Equis & Elephantis inseruant. Hoc modo 20. equitum & 250. peditum millia (quibus nulla stipendia largitur) habet, nec regno hoc oneri est. Si maiores vires coadunare vellet, multo maiorem numerum conficeret: Regnum enim amplum est, ciuitates oppidaque populo frequentia sunt: Sola enim ciuitas Vdia (quæ regni Siam caput sedesque regia est) emisit 50. hominum millia, Quamuis Rex Siam nouem regnum dominus sit, non alijs tamen, quam Siamitis, in bellis vittitur, qui duo regna, Siam nempe (quod ipsi Chaumua vocant) & Muantai (in quo ciuitas Vdia est) inhabitant. Sequuntur tria Laiorū regna, duoq; alia ad mare sit à nempe Como & Camboia. Ad Occasum est Caidoco regnum, & Septentrio-nes versus Brema, quod alij Barma, alij Bramā dicunt, sicut in barbaris nominibus euenire solet. Cum spes parandi opes, & acquirendæ amplitudinis, in hoc regno ab armis dependeat, vigente etiam pace, fiunt exercitia bellica; & in aliquibus ludis, quos Rex quotannis Vdia exhibet, referuntur omnia, ad exercitia militaria. Vni fiūt in flumine Menam, vbi plus quam tria Paraorum (genus nauigij est) millia, in duas clasces diuisa, confligunt: congregiuntur quoque equis & elephantis: pedites quoque, ense parmaque instructi: excentur quoque in venationibus ferarum. Vitæ quod super est impenditur delicijs & vitijs.

PRINCIPES VICINI.

Siamesium fines ad Ortum Caucinchinam attingunt, in-
ster quam & ipsos sunt siluae immensa, Leonibus, Tigridi-
bus Lyncibus, Hyenis, Elephantis plenæ eæ impediunt, ne se in-
uicem bello infestent. Cum autem ambo hæc regna Regi Chi-
næ subdita sint, (cui quotannis Legatos mittunt) pacem inter
se colunt. Chiamai lacum versus contermini sunt Siamenses
Chinensibus. Ad mare iunguntur Arabibus, & locis quæ Lusita-
ni occuparunt: illi Patane, Paam, Ior, Peram: hi Malaccam to-
tumque eius regnum rapuerunt, ita ut regi Siam ad ducenta ter-
ra miliaria ademerint: Sed cum ora maritima contenti, lati-
us in interiorum regionem, iurisdictionem non exerant, reci-
piantque ex inuestis & euectis mercibus, magnos Reditus, nec
viribus, ad Mediterranea inuadendum, satis firmis instructi
sunt, pacem cum Rege Siam colunt. Regnum Pegu ad occasum
est regno Siam, mediæ Lunæ instar, iacet inter montes, quos
Brami & langomei incolunt, extendit se secundum mare, à ci-
uitate Rei (quæ ad mare in 14. gradu, & eius parte tertia est) ad
Sedoch vique, quæ in decimo octauo gradu ad oram maris est,
per spatium 90. leucarum, paulo minus in Mediterraneis latu-
est. Fluuius Pegu regionem medianam intersecat, & certis tempo-
ribus intumescens, diffundit dilatataque se per illos amœnos cä-
pos, idque tam egregie, vt magnum Sinum, tibi ob oculos po-
nat. Is tringita leucas latus est: Vbi autem fluuius decrevit & in
suum alueum reflexit, crescant ibi omnia, quæ illud clima fert,
tam abunde, vt Pegu Aegypto no inuidet. Regni Pegu Portu-
s præcipui sunt Pegu ad eiusdem nominis fluuium: Tauai, Ma-
tabane, Colmin. Siamesibus ad Septentriones vicini sunt
Gueoni, asperrimorū montiū incole, inter quos & Siam sunt
Lai qui eam à Septentrionali & Orientali & latere prorsus cir-
cum cingunt secundum flumen Mecon: fines denique iungunt
China, Campa & Camboia. Lai parent Regi Siam, quod metu-
ant Guconi, à quibus illos Rex Siam tuetur, nisi id faceret, iam
dudum ab illis excisi essent. Ante 40. annos, eos aggressus est
Rex Siam, cum 20. equorum millibus (qui quamuis parui sint,
ferunt

ferrunt tamen egregie labores) habebat præter eos 250. peditū & decem elephantorum millia: pars prælio bona erat, pars ge-stabat impedimenta. Non aliud regnum est quod maiorem Elephantorum copiam habeat, ijsque plus vtatur. Trahebat quoque post se boum bubalorumque clitellariorum ingen-tem numerum, quos deficiente commeatu mactabant.

MVTATIO REGNORVM SIAM ET PEGV.

HVdvsque diximus de regnis Siam & Pegu, sicut erant, quā do Lusitani Indiam sunt ingressi, sed ab eo tempore, res valde mutatæ fuere, modo qui sequitur. Regi Pegu obediebant quondam aliqua Bramorum regna, secundum flumen, Chi-amai lacum versus, vbi suos Legatos habebat. Sexaginta ab hinc annis quidam Legatus, quem regno Tangu p̄ficerat, confisus asseclis, quorum multos habebat, & authoritate, quā sibi virtute parauerat, rebellis Regi factus est, rapuitque sibi regnum, occisis viris primarijs: Quod plus est, cepit ciuitates, & regna Prom, Melintai, Calam, Mirandu & Ana quæ omnia Bramis inhabitata erant. Ea Septentriones versus, plus quā ad 150. leucas extenduntur: Tentauit quoque occupare Siam, venit que in conspectum Vdiæ Metropolis ciuitatis regni Muantaij vsque, sed nihil efficere potuit. Suscepserat illam expeditionē, cum trecentis peditum millibus, consum sitque plus quam tres menses in aperiendis vijs, per montes alperrimos, sylvas va-stas, & loca inaccessibilia, in quibus amisit 120. hominū millia cepitque Siamen sium ducēta millia. Domum reuersus, aggressus est ipsum regnum Pegu, quod & expugnauit: Postea, anno nimirum 1507. reuersus est ad expeditionem Siam vicitque Re gem qui sibi veneno mortem consciuit, eius filios autem cepit occupauitque eius regni magnam partem. Hic & eius successo-res, quod eorum potentia incooperit, occupatione regnorum Bramorum, vocantur à neotericis Historicis, Reges Bramæ, aut vt alij dicunt, Reges Barmæ: Lusitani autem à nobiliori, &

magis cognita, occupatorum parte, vocant eos Reges Pegu. Tentauit postea aliquoties, cum uno virorum Millione & amplius ciuitatē Vdiam: Sed ut quod de magno numero diximus fabulosum non videatur (quod res alibi dicendē similes sunt) non erit ab instituto nostro alienum, si hic demonstremus, unde accidit, ut hic, alijsque in regionibus, tam numerosi exercitus colligi educique possint. Primo itaque dicimus, quod cuūt bellū, tuis in finib⁹, aut procul ab ijs geruntur, magnos exercitus, longo tempore alere non potest is, cui maximi Reditus, copiaque paratæ pecuniae non suffpetit: Sicut enim nostri corporis membra sine neruis moueri, & absque ijs, motus continuari non potest: ita nec exercitus colligi, nec quo opus est dici, nec vnit⁹ in expeditione retineri possunt, nisi prompta pecunia, quæ ipsos oportuno tempore reficiat, trahatque post ipsos, arma, commeatum, annonam aliasque res vitæ necessariæ, vsuique armorum commodas. Cum autem Principum reditus, sicut priuatorum hominum facultates, (vnde Principes suos thesauros instruunt) certis finibus constent, efferendoque uno aut duobus annis, ex tuis prouincijs pecunias, ijs eas denu-dabis, omneque aurum & argentum ita ex hauries, vt ijs postea inanes remaneant, consequitur quod bellū longinqua, nec suscipi, multo minus continuari possint, nisi à Principibus, qui à longo tempore thesauros accumularint, aut habeant fodinas inexhaustas, & nunquam deficientes: Thesauri autem, quantumvis maximi, consumentur paruo temporis spacio: Id enim quod in pace, parcè colligitur, in bello, prodige expendendum est. Vnus siquidē annus quo bellum geritur, fructus multorum annorum pace conqueritorum absunit. Quare quidam Capitanus Lusitanus, magna cum causa dixit Lusitanæ Regi Sebastiano, cum de expeditione in Barbariam suscipienda ageretur ad id bellum tres torrentes requiri: vnum virorum, alterum cōmeatum; tertium pecuniarum. Ille quoque egregie dixit, qui ad belligerandum pecunia infinita opus esse dixit. Cum autem in omni bello multum expendendum sit, id tamen quod procul à domo fit, infinitas, & quæ omnium opiniones superent, pecunias requirit. Magnus Turca id expertus est in bello Persico, quo adeo potens Princeps suas facultates & thesaurostali modo

modo, consumpsit, ut ei valorem auri argentiique diminuere, illorum precium ad duplum augere, patique monetarum falsificationem milleque tales res, necesse fuerit. Qua de causa Ianizari plus quam semel seditionem & turbas concitarunt, ciuitatem Constantinopolim furiose peruagati flamas iniecerunt suntque eius magnam partem deprædati. Rex Catholicus onera tot bellorum, in tam longinquis Provincijs, tantoque tempore ferendo, facultatibus tantum Hispaniae suffultus non sufficeret, nisi dominus Deus ei dedisset alium Orbem, Minoris invehæstis argenti plenum, venisque & fluminibus auriferis scatentem, qui ipsum quotannis nouis thesauris (qui ad ipsum classibus deferuntur) reficit: Pecunia ea est, quæ militibus commatum & aparatum dat, illos in unum locum coire facit, & eos modo huc, modo illuc dicit, sicut occasiones necessitatesque expeditionum exigunt. Tanti momenti est pecunia ut Ioannes Jacobus Triuultius, magni nominis Capitaneus, rogatus, quæ res in bello necessariae essent, tres requiri responderit: Pecunias, Pecunias, Pecunias. Hæc intelligenda sunt, cum impensæ ex tua ditione capienda sunt. accidit enim aliquando ut expeditio bellica se ipsam alat, subministretque ipsa vires Hunni, Vandali, Gothis, Arabes, & nostrorū auorū tempore, Magnus Tamelranes, maximos exercitus foris eduxerūt, Provincias enim nullis viribus instructas, sine magna resistentia & obstaculo intrantes, dabant in prædam & direptionem: ciuitates ruraque alebant conseruabantque se spolijs & ruina regionum. Idem nostris temporibus Lusitanis in India Orientali, & Castellanis in India Occidentali, sed plus his, quam illis accidit. Nulla enim vñquam natio in Orbe fuit, quæ nullo fere proprio sumptutum acquisuerit, quantum Hispani in Noua Hispania & Peruaria. Sed id hoc tempore factu adeo facile non est, sicut olim fuit, minusque in Europa, quam in Asia, aut Africa, propter torquentorum bellorum usum & Arces, quæ pluribus mensibus, immo annis, sustinere, imo defatigare hostem præpotentem possunt. Turcae hoc ad Zigelum experti sunt, paruum id in Hungaria castrum est, quod anno 1566. Solimanus Turcarum Rex, cum ter centum bellatorum millibus, aggressus tandem expugnauit, sed cum tanta suorum strage, ut tāi exercitus pars

tertia domos non reuiserit. Fuit itaque aquisitio, tanto con-
 tui longè inferior Lusitani initio suæ expeditionis Indicæ,
 cum paucis militibus modicoque tempore magni momen-
 ti acquisitiones feceré: Sed cum illi populi tormenta bel-
 lica sibi parassent, archit eos naucti Arces exstruxissent, I-
 dem classésque instruxissent, non ylra progressi sunt Lusita-
 ni. Hispanis in nouo Orbe accidit. Repererunt enī post primas
 illas victorias, in noua Hispania Chichimechios, & in Peruuia
 Pilcoſſonios, Ciriguaniros, & Cuchios: vt 27. annorū spacio nō
 latū pedē terræ potuerint suo imperio addere, & in valle Arau-
 co, Tecapel, in regno Chile, vbi cū illæ gentes vidissent Hispa-
 nos ictibus sagittarū armisq; interfici, nō habuerunt eos amplius
 in ea existimatione, qua ipsos habuerant, cū pro cæli filijs &
 gente immortali ipsos æstimabant: experientia autē praxique
 edocti non amplius timēt equos nec Sclopertos: Sed si bellū nō
 procul domo geritur, non est difficile pauco tēpore magnosex
 ercitus colligere: Sicut legimus de Crotoniatis & Sibaritis. Et
 ne exēpla adeò antiqua adducamus, legitur Ganpauenses Flan-
 drię populū se aliquādo potētiæ Regū Franciæ cū 80. bellatorū
 milib. opposuisse. Cū enim eorū Regio abūdans populo esset
 bellūq; in finib; gereretur, currebat in id unusquisq; cōmeatu
 (qui in aliquot dies sibi sufficeret) instructus; sed diu in expeditio
 ne subsisteret nō poterat, quod pecunia & annona deficeret: con-
 struegebanturq; omnes: hic ad aratrū, ille ad officinā, tertius ad
 tabernā, vnde se sustinebat, reuerti. Scotti, qui præ defēctu pecu-
 niæ nunquā præclarā expeditionē extra Insulā suscepérunt, ne-
 cessitate patriæ id exigente, aliquid modo tēporis spacio,
 magnū hominū numerū collegerunt, eoq; aut hōstes agressi sūt
 aut defenderunt fines, sicut & faciebāt Romani, qui per aliquot
 fæcula, dum cum vicinis Romæ populis belligerarent, priuatim
 stipendijs arma tulerunt Egrediebantur enī domo cibis in vi-
 nū aut duos dies, alijsq; rebus necessarijs instructi, unoq; prælio
 paucis horis bellū finiebāt. Sed cū expeditio in Veios suscepata
 diutius protraheretur, Senatus coactus fuit populo stipendia pa-
 rare. Exercitus ad expeditiones vicinas colligere in regioni-
 bus Orientalibus, & in Africa, longe fæcilius est, quam in Euro-
 pa: eius rei multæ sunt causæ. Prima est, quod regiones ut pluri-
 mū

num abundantiores copiosioresque rebus vita humanæ necessarijs ibi sunt: deinde quod populi Meridionales & Orientales, vt plurimum minori quem nos contenti viuant: sunt ciborum parci simplicesq;: Europæ autem populi non solū vt se nutritant, edunt bibuntq; sed vt frigus à se arceant: illi autem à cibo nihil, præter nutrimentum recipiunt. Vinum, quod apud nos pane carius est, apud ipsos non reperitur: Ipsorumq; aquæ sunt nostris meliores. Ars culinaria non apud ipsos tam exquisita, est quam apud nos, nec eorum stomachus, assidue adeo opiparis delicijs. Turcæ finiunt conuiua Oryza & carne veruecina, nec Orientales insumunt, tantum in vestes quantum nos. Eunt seminudi in bella, nec præter pudenda aliquid cooperiunt. Inde accedit quod apud ipsos, non tanta artium artificumque frequentia sit, quanta apud nos est, vbi maior elaboratû rerum pars ad vestes, & ad personarum ornatum pertinet, tot generis panni, lanei serycei, varietas vestium colorum venustas, pompa vestimentorum, aliæque tales. Apud illos populos fiunt fere omnes expensæ in panniculo ex gossypio, qui eos ab umbilico ad genua usque tegit. Has ob causas facilis illuc quadraginta quam apud nos decem militum millia sustentari possent. His adiunge expensas, quæ in tormenta bellica & in eorum apparatum in commeatum, equos, homines, aliasque res, quæ ad gerenda bella requiruntur, faciendæ sunt, inestimabiles esse, quas ignorat maxima populorum Orientalium pars, ij maxime, quibus cum Arabibus & Lusitanis nihil negotijs est, & qui prouincias Mediterraneas inhabitant. Sed parui momenti nō est, quod supra dicti populi in bella eant, nullis armis defensio- ni aptis instructi, ab q; thoracibus, galeis, squamis æreis & lami- nis, quibus multum impenditur, nec ea, ex uno loco in alium absq; impensis vehi possunt. Multum hac in re differimus à Ro- manis, qui in bella cutes tā defensioni quā offensioni apta arma & sape commeatum in decem & plures dies ferebāt: quare Virgilius hoc cōsus, In iustū fasce canit, quod præter modū esse vide- retur Cum itaq; illi populi cōmoditatibus fruātur nēpe foecū- ditate regionū, facilitate parādi victus, amictus, armorū, facile est, vt vrgēte necessitate exercitū multo maiorē, quā nos, colli- gāt, qui rebus infinitis indigemus, quas ipsi ne quidē norūt Legi-
mus

mus res maximas de exercitibus Assyriorum, Aethiopum, Be-
ji, Nini, Semiramidis, Cambisis, Ciri, Darij, Sesostris, Sesaci, &
temporibus minus antiquis Arabum, Tartarorum, Mogor-
rum aliorumq; Et ne exempla tantum longinqua adducamus,
& vt ex ijs, quæ recens acciderunt rebus antiquis fides concilie-
tur, eaque fiant credibilia: Literis patrum Iesuitarum & Capi-
tancorum Lusitanorum celebratur res illa, quæ accidit anno
1584, in Angola (ea nobilis diuesque prouincia est Aethiopia
Occidental, regno Congo vicina). In ea Paulus diazius Capi-
taneus Lusitanus, secunda Februarij die obuiam habuit exerci-
tum, vnius Millionis, & ducentoru Aethiopum milliū, quem
aduersus ipsum eduxerat Angolæ Rex, qui ab illo, in credibili
felicitate, non armorum vi, sed Dei benignitate dissipatus & in
fugam aëtus fuit. Huius rei certiorem me fecit literis Eduardus
Lopezius Lusitanus, qui eo tempore erat cū Rege Congo. Cer-
tum itaque est, quod adeo numerosi exercitus parum durent,
& torrentibus quam fluminibus, nimbis quam pluvijs similio-
res sint: quamuis enim colligi possint, non tamen diutius con-
seruantur quam commeatus, quem secundum domo attulerūt du-
rāt. Accidit inde vt intra paucos dies dissoluantur valedicantq;
expeditioni, nō cum ea in medio cursu est, sed cum incipit mo-
ueri: non habent enim secum rem quæ mercatores, & epulato-
res cum rebus conseruationi vitæ humanæ utilibus, & ad bellū
necessarijs, post eos trahit. Quod plus est vt Millioni militum,
de rebus necessarijs prospiciatur, opus esset alio hominū Milli-
one, curribus, iumentis clitellarijs, famulis, mercatoribus & e-
pulatoribus qui illos sequantur: Tantæ multitudini autem ne flu-
mina aquam, nec campi fruges, nec terra hospitia suppeditare
posset: necesse itaq; esset vt sua mole rueret & in nihilum redi-
geretur. Reges illi Oriëtales, qui exercitus solito maiores col-
legerunt, eaq; in bella, & longinquas regiones duxerunt, ea quæ
diximus bene perpendentes, primum maximam pecuniarum,
commeatum, aliarumq; necessariorum apparatus copiam
compararunt. Inter alios, Xerxes, qui maiore exercitum, tam
mari quam terra (de quo memoria sit) collegit consumpsit sep-
tem annos, in apparandis ijs, quæ ad expeditionem necessaria
erant. Sed reuerendo ad Regem Barmæ, cepit is paucis elapsis
annis

annis Port. Martabane & Ternaseri, armatq; deinde, nūcad Sep-
tēriones nūc ad Occasū versus circuagendo, diuexauit Princi-
pes Caor & Tipuræ, cepit regnū Aracan, Macin & duxitq; in eam
expeditionem ter centū millia, & quadragesies mille elephan-
tos. Aracan, regnum, montibus ob situm & vndiquaq; sere syl-
uis spaciois cinctum est, suntq; ex regno pro muto valloq;: Ci-
uitas magistra, quæ regno dat nomen, sita est ad fluuium, distat
que quindecim leucis à mari, 35. à Catigan. Macin, regnum est
diues Aloe: id lignum (quod Arabes dicunt Calambuco alijs lig-
num Aquilæ) propter odorem suauissimum, estimatur ab om-
nibus illis populis Orientalibus Argenti pondere. Utuntur eo
in India & Cambaia, in exequijs magnorum Principum, in bal-
neis, & in similibus delicijs: Nascitur vt plurimum, in asperio-
ribus montibus Campæ, Cambojæ Macin: quod in nostras re-
giones defertur, nullo in precio apud illos est, Intelligo in reg-
nis Congo, & Angolæ, regionibusque vicinis laudatum pro-
bumque reperi, & quod indigenæ eo utuntur pro remedio &
medicina variorum morborum, quibus laborant. Sed si id ve-
rum est, miror, quod Lusitani ex eo lucrum non captent.

REX NARSINGÆ.

Potentiorum Principum qui inter Indum Gangemq; sunt,
vnus est Rex Narsingæ: eius enim dominio quicquid est in
ter montem Gate & Sinum Bengalicum, inter Promontoriæ
Guadavernum & Comorinum, quod spaciū 200. leucas con-
tinet, abundantia & copia rerū cum alijs Indiæ regionibus cer-
tare potest. Aquæ à montibus cadentes nunc à fluminib; alibi
riuulis, alias lacubus stagnisq; receptæ, mirificè terram refri-
gant, ad aquam humectantq;. Ea aquarum copia, solis calore ad
iuta, miras res propagandis frugibus pecudibusq; facit. Oryza
varij generis, auib; feris, domesticis animalibus præcipue Bu-
balis, Elefantis, Minæris gemmarum & metallorum, mirifi-
cæ luxuriat regio. Equos bello aptos non producit, sed à merca-
toribus

toribus ex Arabia & Persia, magno numero adducuntur, id quodque quadam emulatione Principes Decan faciunt, Inter supra dictos regni Narsingæ fines, habitant quinque nationes, lingua inter se differentes. plura quoque loca ad Oceanum Indicum habet munita Narsingæ Rex: Eius enim dicto audiens est: provincia Canara aut Cocam, ubi sunt oppida & portus Mangalore Mayandel, Batticala, Onor, sed Lusitani vestigia Batticalæ recipiunt, & ante aliquot annos occuparunt Onor. In Narsingæ regno sunt duas ciuitates regiae, una earum Narsinga, altera Bisnagar nuncupatur, vnde hic Princeps aliquando Rex Bisnagaris, aliquando Rex Narsingæ vocatur.

VIRES.

Pro re certa habetur, Regem Narsingæ et Ducatorum Millions quotannis recipere quodque eorum tres, aut duo & semi ipsi manent, omne residuum impendere in magnum corpus militiae, nempe 40. Nairorum & 20. equitum millia, quibus pacis bellique tempore stipendia largitur: Necesse est vir gente multo maiorem exercitum educere potest: eius enim stipendia merentur 200. Capitanei, quibus territoria suæ ditionis confert, sub obligatione, ut certum equitum, peditum, Elephatorumq; numerum semper ad manū paratūnq; habeant. Amplitudinis reddituum regni, argumento esse potest, quod Capitanorum aliqui a Rege Millionem ducatorū consequuntur. Sed pro re incredibili habendū minime est, quod hic, sicut in maiori Orientis parte, omnes terræ syllux, minera, etiam aqua ipsa aliquorū fluminū, ad Principes spectant: Nemo enī aqua fluminis Gangis quod regnū Bengalæ perlabitur, nec Gangæ quod per Orissæ regnū fluit, se lauare potest, nisi Regibus vestigial Telonimq; persoluat. Ipse quoq; Narsingæ Rex aquā iā dictorū flumino rum emere cogitur, eā enim è longinquō ad se deferri iubet, vt in ea balneetur, aut quadā superstitione se ea purget luctretque. Rex omniū fundorū suæ ditionis dominus est, populo aut præter brachia & laborē nihil relinquitur, quidquid è redditibus regni percipitur, id inter ipsum & Capitaneos diuiditur: ipsi enim Regi pars tertia reddituum, Capitaneis duas residuæ partes cedunt. Cum itaq; maxima Principum Orientalium pars sibi non pacet aut iusticiam pro scopo, in quæ colliment, proponat: sed victoriā

riam, amplitudinēque, collocauit omnes facultates in militā, nec aliud eis curā est: Inde q; consequitur, vt equitum peditumque numerum, nobis vix credibilē tenere alere q; possint. Sed vt ipsorum potentia credibilis fiat, opere prēcium fecisse videbimur, si ob oculos ponamus, quid Princeps Christianę professio-
nis (qui Dominus esset omnium fundorum territoriorumque suā ditionis) efficere posset. Aestimatur id omne quod ē territo-
rijs Franciæ percipitur, ad 15. Millions ascendere. in Francia
aut̄ nec auri minera nec argenti sunt. Sex Millions percipit
Clerus Regni; vna Myrias & semis Regis Domainij, vt vocant,
reliquā aliorū est, qui redditus habet: nihil tamē minus rusticī
eo in regno laute viuunt. (si in Oriente in India præcipue, in Po-
lonia & Lithuania mancipijs prohabetur) Principes itaq; Oriē-
tales, multo maiores redditus ē Francia perciperent. Ultra ea
quæ dicta sunt, habet Rex Christianissimus, plus minus, octo
Millions ordinarij redditus, ex vectigalibus datisq;. quāto aut̄
esset potentior, si ultra hæc (in quibus sua potentia consistit) Do-
minus fundorū territoriorumq; totius regni esset, illaq; (sicut
Rex Narsinge facit) in milites impenderet? certe sicut quando
Francia in flore erat, vix expensis in 4. cataphractorum & 6. sa-
gittariorum millia faciendi, sufficiebat, si quæ iam dicta
sunt, alijs eiū redditibus accederent, 150. equitum millia posset
tenere. Sed vt Narsingam redeamus, hic Rex vt suos Capitane-
os sedulos diligentesq; reddat, instituit quotannis lustrationē,
in qua omnes se listerē tenentur: Ea lustratione peracta, gradu-
mouet eos, qui minus militum quam debebant, aut armis non
probe instructos adduxerūt: eos autem qui plenum numerum
riteque instructum secum traxerunt, complectitur benigne,
meliorēque reddit eorum condicionem. Sed quæ vites extā-
ta amplitudinis regno, modoque quo diūlum est instructo, edu-
ci possint, inde colligi potest, quod Ioannes barros scribit, de
exercitu quem Rex Chrismarao, aduersus Idalcanem, in expe-
ditionem Raciolensem eduxit: quod vt melius intelligatur,
præter meum institutum recitabo punctuatim quidquid is
dicit: In plura membra sub suis Capitaneis diuisus erat exerci-
tus, in prima acie erat Camaraique cum mille equis, 17 elephā-
tis, & 30. peditum millibus: Tiarabicare cum duobus equorum
O 2 millibus,

millibus, 20. Elephantis, & 50. peditum millibus, post eum erat Timapanaque, cum tribus equorum millibus & quingentis & 60 peditum millibus: Hadapanaque, qui eum sequebatur, ducebatur 5. equorum millia, 50. Elephantes, & ceterum peditum milia. Condomara 6. millia equorum, 60. Elephantes, 120. peditum millia; Comara 250. equos, 40. Elephantes, & 80. peditum millia, Gendraio mille equos, decem elephantes, & 30. peditum millia. Post hunc ibant duo Enuchi Cegi familiares, cum mille equis, 15. Elephantis, & 40. peditum millibus, Pedissequus Betel ducebat 200. equos, 20. Elephantes, & 15. peditum millia. Comaberra 400. equos, 20. Elephantes, 8. militum millia, sequebatur Rex, cum ijs, quibus sui corporis custodiam credebat, nempe 6. equitum millibus, 300. Elephantis, & 40. peditum millibus: Ad eorum latus ibat Gubernator ciuitatis Bengapor, cum diuersis Capitaneis, sub quorum signis erat 4200. equi 25. Elephantes, & 60. hominum millia, pedibus merentium. Ultra hanc gentem ad hoc erant duo equorum, & centum hominum millia, in exiguae turmas diuisa, qui cursorum instar, vndique, ante, retro, & a iteribus regionem, tali cum ordine perscrutabantur, vt uno tracu, quidquid accidisset, cognosci posset. Hoc comitabantur 12. aquatorum, & 20. meretricum millia, famuli mercatores, artifices lixæ (quos ipsi Maniati dicunt) boum bubalorumq; clitellariorum numerus iniri non poterat. Dum flumen transmitteret exercitus eius frequentia, ex eo cognosci potuit, quod aqua quæ ad dimidium cruris eorum, qui primi transierant peruenisset, vix ultimis ad bibendum sufficeret. Antequam Rex ad hanc expeditionem egrederetur, nouem dierū spacio 20736. capita animalium, tum aëreorum, tum terrestrium sacrificauit, eorum carnes in honorem Idoli, cui sacrificabantur in egenos distribuæ sunt. Milites vestibus ex gossypio, tam firmis solidisque induiti erant, vt lanceis non minus quam laminae ferreae resisterent: Gossypio quoque coperti erant Elephantes, quorum quilibet gestabat castellum, in quo quatuor armis instructi viri, erant, Elephantorum dentibus, prælongi latique enses alligati erant, quibus omnia dissecabant: Peditatus in arcus, frameas, enses, scutaq; gerentes, diuisus erat: quod autem horum ultimi, scutis pergrandibus yterentur, vt ijs com mode

modo corpustegere possent, arma offensiua nulla gestabant. Silentio prætereundum non est, quod cum Idalcane, tormentis bellicis, Regis Narsinge exercitum valde afflixisset, hic suum (suorumque animos) excitans in hæc verba (Principe digna) prorupisse fertur; malle se vt Idalcane de se occiso, quam deuicto gloriaretur, seque inter primos ostendens, addidit suis animos, fecitque ex agnis leones, dissipauit hostem egitque eum in fugam. Inter alia spolia, quatuor equorum Arabicorum millia, centum Elephantes, 400. tormenta bellica maiora, præter alia minora, inuenta fuere, boum, bupalorum, tentiorum captiuorumq; numerus iniri non poterat. Cum Idalcane his in bellis fuere 40. Lusitani, cum Rege Narsinge 20. vt ab ijs quæ supra dicta sunt, habemus. Huic Regi, nostro ævo rebelles facti sunt duo Capitanei, quorum vñus Virapanai que nomine, residet in Negapatam; alter cui Veneapatir nomen est, dominium locorum vicinorum Malipuro sibi rapuit.

REX CALICVT.

IN Indiae parte nobilissima, quæ inter Gate montem, Occanumque Indicum sita est, extenditurque à promontorio Comorino, ad fluuium Cangiere cor vsque, spacio 300. milliariorum, nullus Rex est, qui viribus potentiaq; cum ijs, quos hucusque nominauimus conferri possit: regio enim tot in partibus, nunc Sinibus maris, nunc fluminibus, aliquando lacubus stagnisque ita discinditur, vt eam natura in plures diuisisse videatur nempe Trauancor, Colam, Cochinchina, Craganor, Calicut. Tauo, Caranor: Ante septingentos annos, præfuit his regionibus Perceimal, Rex totius Malabaris, qui cum factus esset Mahumetanus, Mecam profecturus, vt ibi dum viueret, moram traheret, suum Regnum (vt alias diximus) in plures partes diuisit, voluit tamen, vt maiestas superioritasque esset apud Regem Calicutij, cum titulo Samorini (quod Imperatorem significat) Quā uis potentia huius Regis, multum decesserit, tum quod Lusitani commercia à suis portubus auerterint, tum quod authoritatem Samorini diminuerint, eius emulos subditosque (quaes erant Reges Tauor & Cochinchina) sustinendo: nihilominus suam,

maiestatem tam egregie adhuc tuetur, vt i[n]ter alios, à nobis celebrari mereatur, vel propter id solum, ne nobilis illa Indiæ pars, à nobis transeat, nulla facta mentione eius Principum. Calicutij regnum ad 25. Leucas in longitudinem pretendit. Malabar vbi latissima est, decem leucas non excedit. Ciuitas Calicut (quæ regno nomen dedit) ad maris oram sita est, secundum quam, se fere ad tria millaria extendit, sed paucæ in ea domus, nec ex magni precij sunt, nempe 10. 15. 20. aureorum ordinarij redditus, quod & commune precium est, maxime partis ædificiorum nouorum Orientis, quibus Arabes aut Lusitani manus non admouerunt. Sustentant se incolæ Oryza, palmetis, pecore, piscibus. Diuitiae consistunt in Zinzibere & Pipere, quorū mercatura magnos thesauros in illius regni portus trahit. Primo enim Arabes (qui multis seculis huius commercij domini fuere) deinde Lusitani, indicibilia pericula tam immensa nauigationis spernentes, ab hinc 90. annis venerunt illuc, vehuntq[ue] adhuc suas opes, quas commutant cum Pipere alijsque rebus. Sicut autem Lusitani Cochin oppidum diues & opulentum reddiderunt, ita etiam Arabes Calicutum, & eius Regem locupletarunt. commercium enim illud, tanti est momenti, vt non solum Principes vectigalibus datijisque ditet, sed & mercatoribus tantè inde opes accrescant, vt eorum aliqui, cum aliis quibus Europæducibus & Africæ Regibus conserri possint.

V I R E S.

IN Malabar communiter in prælijs equis non vtuntur, non ob id solum quod equos regio non generet (magno enim numero ex Persia & Arabia eò ducuntur); sed quod regio id nō ferat: sicut enim in Suecia pedestes hastis, equites lanceis non vtuntur ob syluarum frequentiam, quæ earum v[er]sum impediunt easq[ue] inutilles reddunt; ita & in Malabar raro equis vtuntur, propter regionis angustiā, & quod mille in locis hic fluminibus; illic maris Sinibus, aliquando lacubus rumpitur: vires itaque in peditatu & armis naualibus consistunt. Peditatus his in regionibus, ad militiam adeò probè instructus est, vt id creditu difficile sit. Milites om-

Siles omnes nobiles sunt, dicunturq; Nairi: cum hi septimū etatis annū attigerunt, ducuntur in scholas militiæ, vbi eorum nervi iuncturæque, per homines excellentes distenduntur, frequenter uincione olei Sesami, consequunturque ea inunctione agilitatem ferè incredibilem, vertunt, inclinantq; mēbra facillimè in omnem partem, quasi in ijs nulla essent ossa, saltatq; antrorsum retrosumq; ad miraculum usque. Semper exercent se armis, existimantq; neminem pluribus in rebus excellere posse, assuecant vni tantum armorum generi cui se maximè aptos norunt. Arma eorum quondam fuere hastæ, arcus, enses, sed postquam Lusitani in eas regiones penetrarunt, adeo exactè ipsi artem metalla temperandi, & fundendi tormenta bellica, ijs que uti didicerunt, vt ipsorum Sclopeti puluisque pyrius, non nudi eunt, nec thoracibus ferreis utuntur, unde accidit vt in prælijs, omnia alia militari actione, mira agilitate leuitateque polleant, & falconum instar, aduersarium aggrediantur & effugiant: quando eos longe abesse putas, uno momento eos ibi immininere vides, ita vt difficillimum sit eos effugere, & persequi; pedibus enim instar Pardorum valent: Nec minus timenda est eorum fuga quam aggressio. Si cominus pugnandum (quod nisi necessitate coacti aut occasione ipsis comoda non faciunt) cuspide feriunt fere semper. Laminas creas aut argenteas, manubrijs ensium adligatas gestant, earum sonitus, ipsis tubarum, aut tympanorum loco est, quod eos ad prælia accendant Scutis se tam probe tegunt, vt nullum feriendi locum hosti relinquant. Inter Nairos unus ordo militum est, (Amochi dicuntur) hi grauissimis execrationibus seipsoſ, familiam, & posteros execrantur, nisi iniurias socijs factas vlciscantur: Si Rex occiditur, tanto cum furore, ad eius necem vindicandam currunt, vt nec ignis, nec præsentissimum periculum eos remoretur: quo igitur maior minorue Amochiorum numerus Regibus India est, eo potentiores debiliorescunt censentur. Nairis animos audaciamque in periculis addit augetque, quod uxorati non sunt. Ante aliquot secula, harum regionum

Princeps

Princeps (huic forte notaerat Respublica) mulierum inter eos
comunitatem introduxit: his accedit maxima libertas, vel po-
tius elatio & superbia, non enim plebeo licet Nairo appropin-
quare, nisi male tractari velit, ipsique seruos suos, in diuerticu-
la viarum præmittunt, qui ipsos venire indicent, ut ijs via ce-
dant vel alio se conferant. Si verum est Gianizaros ad bella au-
daces animososque reddi libertate, que ipsis pacis tempore
conceditur quidquid lubet agendi multo audaciores elatiores
que redduntur Nairi, qui se ab infimæ sortis hominibus, con-
spici non sinunt: ordinarie ciuitates non inhabitat, sed domus
ipsorum terra, densis sepibus, sylulisque cinguntur, viæ ad eas
ad eò inter se inrricatae sunt ut Labyrinthi videantur. Quantas
corias educere possit Calicutij Rex, cognosci potest expeditio-
ne, quam in Lusitanos suscepit: Anno 1503. coadunavit 60. bel-
latorum millia, contra Eduardum paciecum Regis Lusitanij &
Emanuelis Capitaneum, (is tunc Cochinchinae Regem tue-
batur) & 200. nauigia bellica, substititque in ea expeditione to-
tos quinque menses: Anno 1529. Arcem quam Lusitani in Ca-
licutio excitarat & Ioannes Lima defendebat, cinxit obsidio-
ne cum exercitu centum hominum millium, perstititq; in ob-
sidione per totam hiemem, & quamvis Lusitani in propugna-
da Arce, se strenue gessissent, potentiam tamen Regis perpen-
dentes, eam suis manibus demoliti sunt. Idem Rex Anno 1561.
cum exercitu 90. militum millium, obsedit Arcem Ciale, ve-
nitque in eius manus, dedente eam Capitaneo Lusitano qui in
ea erat. Quid viribus maritimis possit, plus quam semel ostendit.
Cum enim multorum portuum, in quos multæ naues appellau-
lunt, dominus sit, quando cumque placet, magnum nauigiorum
numerum armis instruit. Fatendum est omnes Indię vires ma-
ritimas, hodie Lusitanicas inferiores esse, ob nauium qualitatę,
militumque præstantiam: eos terra marique superiores facit v-
sus armorum defensuorum: & (ut dicatur quod verum est) ra-
ro fit ut nudus ferrum non timeat, & armatus audacior nudo
non sit. Accidere inde videmus, populos armis defensuis tan-
tum instructos, in bellis agilitate magis, quam viribus setueri,
fugiendoque plus, quam pedem pedi cōferendo pugnare quod
plus spei

plus spei in numero, quam in robore ponant, destituunturque
sepe ea re, quæ exercitus reddit, formidabiles, nempe bono
ordine.

REX PERSIAE.

Persia Persarumque nomen, aliquanto tempore suppressum fuit, primum ab Arabibus (qui Persis subiugatis, ut eos signatos redderent, lege sanxerunt, ne amplius Persæ sed Saraceni dicearentur) deinde à Tartaris, primo ducto Chingis, postea Tamereanis. Sed paulo ante nostra secula, pristinæ gloriæ restituta est Persia, virtute Ismaelis Sophi, de cuius origine, aliqua tradere, abs re non erit, quod ad consequendam noticiam status regnique Persæ facere videntur. Cum Mahumetes (à quo secta Mahumetana nomē habet) apud Arabes, diuītissimæ dominæ (à qua hæres institutus erat) & nouo dogmate (quod in vulgus spargere incipiebat) nomen sibi parasset, duxit in secundam uxorem Aissam, cuiusdam Bubaci viri prædiuitis, & magna existimationis filiam: illiusque & Omari & Ottomari, eius parentum fauore, collegit magnum Arabum numerum, cœpitque titulo & prætextu religionis multa oppida, quæ ei vicina erant, deditque eo tempore, Hali suo cognato, in uxorem Fatimam filiam, ex priore uxore, vitaque decedens, anno suspiratis 63, reliquit ei suam ditionem, constituitque cum caput suæ sectæ cum titulo Caliphæ. Bubacus egræ ferens, quod Mahumetes sibi (cuius fauore magnus factus erat) ætate maturo, iuuenem prætulisset, eiecit eum ditione, auxilio Omari & Ottomari, qui ipsum Calipham malebant, tum quod eorum consanguineus esset, tum quod eius artas iam grandior proiectior que spem ipsi cito succeedendi faciebat, quod accidit, nam Bubaco successere ordine, dicti Omar & Ottomar. Omar à mancípio occisus fuit: Ottomaro in quadam rixa neci tradito, rediit Calipham ad Halim, sed eum quiete possidere non potuit, nam cepit contra eum arma Mauia, sub prætextu quod mortis

sui patroni Ottomari, cōscius fuisset: curauitq; eū occidi Cufæ: heciuitas est in decursu Euphratis, infra Bagdet, dicitur q; ob id ad huc Massadal, quod est domus Hali, qui ibi sepultus fuit. Halii mortuo dixerunt incolæ Cufæ, Calipham Ocen filium Fati-
mæ, sed & hic loco deturbatus, & veneno necatus est à Mauia, qui se Calipham absoluē dixit, successitque ei Iazit filius. Ocē reliquit post se duodecim filios, quorū vnu Mahumetes Ma-
had in fuit, eum Mauia non mortuū esse aiūt, sed eum expectan-
tes, dicunt quod ad conuertendum Orbem, reuersurus sit: hanc
ob rem in Massadalla, in qua secundum eorum stultitiam, con-
uersiōnis initium futurum est, equus semper paratus est, qui
magna cum pompa in templum quod illi Moscheam dicunt,
ducitur offerturque. Ex controuersijs quæ Hali cum Buba-
co, Omaro, Ottomaro & Mauia intercessere, remansere
grauissimæ contentiones cum armorum, tum opinionum:
volunt enim Persæ, Halim ex testamento Mahumetis, verum
Calipham; fuisse sed Arabes fauore tres primos prosequuntur
Cum circiter annum 1363. Mauia nullum Calipham haberent,
quod iij finem habuissent anno 1258. in Mustacen Mumbila
(quem Allacu Tartarorum Rex occidit) surrexit in Persia qui-
dam Baro, cui nomen erat Sophi, dominus oppidi Ardeuel,
qui se sanguine Hali, per Musam Ceresin, eius nepotem (vnum,
ex duodecim filiis Ocen) genitum gloriabatur, in cuius memo-
riam mutauit formam Tschantis (gestamen capitis id est) ad-
iunxitque duodecim acies, conciliauitque suæ sectæ nomen &
estimationem: huic successit Guine filius, Adat, cui Assambec
in Siria & Persia, potentia celeberrimus princeps, in vxorem de-
dit suam filiam: sed eius filius Iacob beg, authoritatem existi-
mationemque Aidar veritus, curauit eum occidi, deditque du-
os eius filios, Ismaelem & Solimannum, Capitaneo suo Amā-
zaro, ei iniungens vt eos poneret in Zaliga (is montibus mu-
nitus locus est) sed Amanzar, sui domini crudelitatem detesta-
tus, detulit pueros in suam domum, curauitque eos cum suis
filijs liberaliter educari, cumque in lethalem morbum incidis-
set, veritus ne adolescentes in discrimē venirent, dedit eis duce-
tos aureos, & equos, consūluitq; vt se ad domum matris confer-
rent. Ismael qui natu maximus erat, domum reuersus, statim
sc patris

se patris neccem vindicare velle professus est, & post aliquos felices successus, assumpsit titulum protectoris rerum Hali, à quo ipse originen ducebat, fecit Turbantem altiorem, misitque legatos ad omnes Principes Mahometanos Orientis, hortatus que est eos, vt & vnā sc̄tam, & insignia reciperent: hac via, armorumq; felicitate, fecit fetoti Orienti formidabilem, occiditque Ocen, qui se tunc Persicę Regem inscribebat, & decem eius fratres, solus Marabecus elapsus, implorauit in auxilium Selimum primum Regem Turcarum. Vicit Ismael magno prælio ad lacum Vay Regem Tartarorum Zagataiorum, volentique persequi victoriam, transmittereque cum exercitu fluum Abbiano, dissuasum id fuit ab Astrologo, cui multum fidebat, qui ei dixit, se quidem felices successus in progreendiendo videre, sed nullum iter ad regrediendum apparere. Reliquit Ismael filijs amplissimum dominium, quod Mari Caspio, Sinu Persico, lacu Siocco, fluminibus Tigri & Oxo(ni maximus dicere Abiano) & regno Cambaiæ comprehenditur, quod spaciū, est plus quam 20. graduum, ab Ortu ad Occasum & 18. à Septentrione ad Meridiē, continentur hoc spacio multa amplaque regna, quæ quamuis non omnia sub eius dominio immediate essent, agnoscabant tamen eū pro supremo Principe, nempe Reges Macram, Patani, Guadel, Ormuzij, (cui Ormu zo nunc Lusitani dominantur) Georgiani sequebantur eius insignia: Ismaelis erant multæ amplaque ciuitates & nationes: Media quæ nunc Seruan: Diarbecca quondam Mesopotamia: Cusistan quam inhabitarunt Susiani: Farsistan Persarum patria: Straua quæ quondam dicta fuit Hircania: Parthia quæ hodie Arac: Carmania nunc Chermain: Sigestan, Carassan, Sable stan, Istigias, quarum antiqua nomina sunt Drangiana, Bactriana, Parapomisus, Margiana. Harum regionum aliarumque, quarum nomina non edo, ea pars quæ Sinu Persico vicina est, affluit omniū rerum utiliū copia, propter flumina, quæ ipsas intersecat: Inter ea flumina, nobilissimum est Bindimirus, cuius aqua multū vivuntur illi populi, ducunt enī illas fossis alijsq; qui busdā instrumētis, in suas possessiones, suo magno usui & cōmodo. Provinciæ Mari Caspico vicinæ, tū ob fluviorū oportunitatē tum propteraeris temperiem, sunt eiusdem fertilitatis partici-
pes, qualis

pes. qualis est illa pars, quam fluuius Pulimalon perlabitur (isse in Lacum Burgianum condit) reliqua regionis pars sicca est, quare nec oppida, nec pagi ibi frequentes sunt. nisi ijs locis, quæ fluuij aut lacus alicuius beneficium experiantur. Ampliores ditioresq; ciuitates imperij Persici sunt Istigias, caput Bactrianae, quæ inter amiores Oriëtis cœsentur: Indiō caput Margianę, in territorio tā vberi latoq; , vt Antiochus Soter eā muro cingi fecerit Candahar, caput Parapomisi, multiq; cōmercij propter concursum mercatorū Indiæ & Cathaiæ, qui harum regio nū opes eò ferunt: Eri caput Prouinciae Arjæ, quæ rosis tā copiosa est, vt ab ijs nomen ceperit: Barbarus dicit eam 13. miliaribus ambiri: Ispaam caput Parthiæ, eam aliqui illam esse volunt, quam antiqui historici Ecatompylas dixerunt, tanti momenti est, vt Persæ de ea hyperbolice dicant eam medium Orbē esse: Chirmain est Metropolis Caramaniae, celebris propter excellentiā Pannorum aureorum argenteorumq; , qui illic conficiuntur: Eor quoq; nobilis ciuitas est, nec ei inferior Custra Susianæ caput. Sed omnes cedunt genuaque quodammodo deosculantur (quo ad pulchritudinem) ciuitati Siras, ad fluuium Bindimirum: fuit ea quondam Metropolis Persarum (vt aliqui volunt) dicebaturque Persepolis: Alexander Magnus instinctu sui scorti, tradidit eām flammis: cum autem seipsum postea, sui fere puderet, fecit eam restaurari: Quamuis hodie non sit tantæ amplitudinis, quantæ olim fuit, cœstimator tamen, eam maximarum ciuitatum Orientis vnam esse, circuit cum suburbij plus minus 20: miliaria, instruitque 60. focorum millia: Persis in prouerbio est. Quando Suras erat Siras, tum Carius erat eius pagus: non habent tamen eam, pro valde antiqua, nec accedit corum sententiæ, qui eam Metropolim Persarum faciunt.

Taurisium & Casbin sunt quoque ciuitates nobiles,
& præter amplitudinem, ostentant se
propter Aulam regiam.

REGIMENT.

Forma Reipublicæ horum populorum non est equalis, alii cui alteri populo Mahometano, nec vlo loco inter hos, ea politica regendi forma viget, quæ apud Persas, Aliæ omnes excidunt fere omnem nobilitatem, vtunturque opera mancipiorum, occidunt fratres, aut exceçant eos, sed apud Persas habetur nobilitas in precio: Reges tractant humaniter fratres, habent in sua ditione, multos potentes, opibusque claros Princes, quæ omnia Ottomani in suo imperio non ferunt. Equitas apud Persas in precio est, & ingenuitas: musica & bonis literis delectantur, student poesi, euaduntque sua lingua excellentes: Astrologia quoque laudatur apud ipsos: hæc omnia cōtemnunt Turcæ. Mercatura manuariæque artes florent in Persia; ut concludam, Turcas superant ciuitate & humanitate.

V I R E S.

Huius regni vires consistunt potius in virtute quam numero. Sunt ibi tria militum genera: vnum eorum est, quos Rex semper habet stipendiarios & apud se; alterum est Timariotorum (habet enim Rex magnum equitum numerum, qui bus stipendiorum loca, certa terræ loca attribuit (quod & Turca facit): Tertium est auxiliariorum, qui ære suo merent: Conscriptuntur ex Georgianis & Tartaris. Sed loquendo de duobus primis generibus (quæ regno Regique propria sunt) duo hæc militum genera sunt equites: ybi enim arma sunt in manibus nobilium, ibi peditatus vix vlla est ratio: ex eadem causa sequitur, quod Persæ viribus maritimis instructi non sunt: Et quamvis Mare Caspium ab uno latere, Sinus vero Persicus ab alio sit, nunquam tamen classibus nec in uno, nec in alio Mari vñi sunt. Mare Caspium quoque (quamvis octingenta miliaria longum sit, latumque sexcenta) non transmittitur aut nauigatur, nisi iuxta littora. Lusitani imperant Mari Persico, suis classibus, quas semper in insula Ormuz habent. Et si Persia abundat me-

tallis, temperatura excellentibus, præcipue Provincia Carazā: bellicorum tamen tormentorum nullum fere vsum habent, sicut nec muniendi, oppugnandi, obsidendi, seruandi, defendendique loca, quod hæ militiæ partes peditatui magis propriæ sunt, sicut equitatui proprium est, in patentibus campis iustis prælijs configere, in quibus Persas multum valere, negari non potest. Ultra militiæ necessarias res laborat militia Persica adhuc alio graui malo, nempe discordia, quæ duabus ex rebus oriri solet: una est Principum potentia, cuicum plurimum superbia & contumacia coniuncta esse solet: alia est itinerum, & ducendi exercitus difficultas, quæ ex aquæ fluuiorumque nauigabilium penuria nascitur. Flumina enim Persiæ non nauigantur, aut tam parum nauigantur, ut quod præstant, nullius feremomenti sit: omnes in Sinum Persicum influunt, aut in Mare Caspiū, ut regiones quæ in medio iacent, relinquunt aridæ & aquæ inopes: quam ob rem vires regni iungi non possunt: regni enim dimidium siccum est, nec flumen aliquod hic est, quod toti regno seruiat, sicut Ligeris Franciæ: Padus Longobardicæ: Vistula Poloniæ: Scaldis Flandricæ, alijque alijs regnis faciunt. Terræ deserta quoque hic sunt, quæ Provincias à se inuenient disiungunt: montes etiam, qui eas à se inuenient separant. Has ob res mihi hoc regnum, Hispaniæ simile videtur, ubi nec fluuij commercio vtiles sunt, præter quam in finibus prouinciarum: & mōtes ac regiones, propter ariditatem, incultæ sunt. Sed natura ut commercia adiuuaret, commoditatique vitæ humanae, in locis aqua nauigabili indigis prospiceret, dotauit Persiam, regionesq; vicinas Camelis, qui ibi commodissimi sunt: ferunt enim onera grauiora, quam equi aut muli ferre possent, perdurantque diu in labore: ferunt onus mille pondo, continuabunt' iter 40. & pluribus diebus: & in locis siccis fabulosisque: sicut sunt Lybia, Arabia, Persia, in quibus aqua & passua desunt, bibunt tantum quinto die semel, & si opus sit, ferentur, per decem & plures dies: quod ad pabulum attinet, onere leuatis datur pro pabulo modicum herbe, spinæ, aut ramis arborum. Non itaque nullum animal est, quod laborem diutius ferat, minorisque sit impensæ: propter has condiciones, accommodatissimum est regionibus aridis & siccis, Asiæ & Africæ, in quibus

in quibus homines summa inopia aquæ & ciborum laborant: Cum enim camelō parum sufficiat, potest tamen in aliorū vsum, magnam commeatum quantitatem ferre. Tria sunt eorum genera, minoribus insident homines: mediocres duos gibbos habent, ferendisq; mercibus valent: maiores crassioresq; onera mille pondo ferunt: Hæc de Camelis dixisse, sufficiat: Quem equitum numerum Rex Persiæ educere possit, visum fuit bellis inter Ismaelem & Selimum, primum Regem Turcarum: Inter Ismaelem & Solimannum, & inter Codabendam & Amuratem tertium gestis: nemo horum Regum habuit vlo in loco, contra Turcas, vltra 30. equitum millia, sed armis adeo instructos equites ut multo maioris exercitus impetum non timerint: Equites Persiæ, quibus suppetit res, quique ditiores inter ipsos sunt, armati se fere in modum nostrorum cataphractarū, alijs (qui duas ac tertias equitatus partes conficiunt) contenti sunt galea, lorica, scutoque: vtunturque lancea arcuque alterna tiue. Sed dicamus pauca de Reditibus, quibus auxiliarios cōducere possit. Profiteor me præcise non scire, ad quam summam eius Reditus accedant, duo enim, qui dedita opera, eo profecti sunt, vt explorarent, quæ Regis Persiæ opes sint, sinter sedis sentire, diuersaque loqui audiui: vnuus tres, alijs quinque aureorū Millions annui reditus ei attribuit: hoc autē dico, ex duobus argumentis colligi posse, ipsum opulentum esse: vnuus est, quod Tamasus, eius qui nunc regnat, pater toto suo regno sustulit vestigalia omnium exportatarū & importatarū merciū. Id vestigal reddebat 60. Tomanorū millia, quæ conficiunt Millions, & octingenta aureorum millia; vnuus enim Tomanus valet 20. aureos. vt autē id faceret, induci non potuisset, nisi alijs eius reditus ei animos dedissent: Aliud argumentum est, quod Status Persiæ in septem Provincias diuisi sunt, quarum ea quæ Ispam dicitur, reddit septingenta aureorum millia: tandem dat Siras, nec tamen inter ditiores censentur hæduæ & eas enim longe superant Corassan & Dīārgument. quarum illa fodinis Cyrneorum, metallorumque, hæc seruici prædiues est. Sed vnde percipit suos reditus, si se vestigalibus, inuestiarum & euectiarum mercium spoliavit? Ex territorijs sui dominij: ex decimis fructuum ex fructibus minærarum: ex offici-

ex officinis, unusquisque enim officinam, aut tabernam quærumcumque rerum ponere volens; certi quiddam Regi quotannis pendere debet ex donis quoque particularium, & donationibus communitatuum: confilationibus, alijsque rebus talibus: Ad ferunt quoque aliquid tributa Principum, corona subditorum, quales sunt Principes Far & Candaar, aliisque quos supra nominauimus.

PRINCIPES FINITIMI.

A Bortu Mogororum, à Septentrione Zagataiorum fines attingit Sophi: ab occasu longissimo tractu, Persia conterminus est Turca, ad Meridiem habet regnum Ormuzij (cui corona Lusitanica dominatur.) Cum Mogoris, nihil fere negoti Persiae Regi est, propter causas alias deductas: sicut enim Hispania & Francia, se mutuo offendere non possunt, propter itinerum angustias & asperitatem situm ad limites, quæ commēatum (qui exercitum sustentatio est) transuehi non sinunt, ita & inter confinia Indiæ & Cambaiæ (à Mogoris occupata) & ditiones Persarum, se interponunt montes, & deserta, quæ non permittunt, ut iustis viribus se inuicem hi Principes impellant. Pro maximo quoque obstaculo habendum est, quod equitatus in quo amborum vites sitæ sunt, in talibus locorum angustijs explicari non potest: petunt tamen se inuicem bello, ad fines regnum Cabul & Sablestam, quorum aliqui Principes Mogororum sibi dominium pararunt. Sophi immedieate Magni Cham fines non attingit, quod aliqui Principes, & deinde magna deserta inter ipsos sint. Videtur ipsum pro termino sui Imperij, sibi statuisse flumen Oxum, quod alij Abianum dicunt, id in Sablestam subtus montem Dalanguer, post longum cursum in quo multum protenditur, propter frequentiam & amplitudinem fluminū quæ recipit, condit se in mare Caspiū, diuiditq; à parte Septentrionali Sophū à Zagatai. Soph' nunquā ausus fuit hoc flumen transmittere, & cum Saba Rex Zagataiorum id transgressus esset, magno prælio ab Ismaele victus fuit. Cyrus Rex Persarum, construxit pontem in hoc flumine, transduxitque exercitum, aduersus Tomitim, Scytharum reginam, quæ ipsum

ipsum etiam omnibus suis concedit. Turcae conterminus est Sophi, per totam imperij sui longitudinem occidentalem, nempe, a mari Caspio, ad Sinum Sauracensem usque, spacio fere 15 graduum. Ut verum fatear non habet Persa hostem, a quo plus ei periculi timendum sit, cuiusque vires ei plus metuenda sint: quoties enim arma cum eo contulerunt Persae, fere semper aliquid perdidérunt: Muhumetes 1. vicit Vissuncassanum, eripuitque imperium Trapezuntinum Dauidi, qui se sub eius umbrā protectionēque contulerat. Selimus primus, superauit in locis campestribus Ismaelem, eripuitque ei Caramit (civitatem amplissimam fortissimumque) Orfam, Merdim totamque regionem quam ipsi Alech nuncupant: Solimannus egit in fugam Tamasum spoliauitque eum Bagdeto, & tota Mesopotamia. Actate nostra, occupauit Amurathes, id omne quod inter Derbentum & Taurisium iaceret, quo in spacio est Georgia (cuius populorum pars maxima, sequebatur partes Sophi) Seruan: & munitis Arcibus (quas in Tiflis, Sumachia & Eres magnis ciuitatibus, &c in Transitibus Cars, Tomanis & Lori ædificari fecerit) reddidit paulatim sibi iter securum, ab Ezechia ad Orontē fluuium usque, qui trium dierum itinere, ultra Taurisium est, in qua civitate (Taurisio) curauit ædificare magnam Arcem, nec cogitat eam relinquere, sicut primū Selimus & deinde Solimannus fecerent, sed vult ea Arce Taurisium tanquam freno constritam, in perpetuum retinere. Eo bello, quod ab anno 1597. in 91. annum usque durauit, mutarunt Turcae suum belligerandi modum: cum enim huc usque sua multitudini, virtutique, sui exequitatus, peditatus, copia tormentorum bellicorum, apparatus bellico confisi non curarint Arces, munitionesque extrahere, sed ut plurimum quidquid ceperant exciderint, nec magni fecerint quod retinuerant (quod ut verum dicatur, in capitis fortis esse non possit, qui vires in loca munita dispartitur). hoc bello Persico necessitas coegerit Turcas, (vt evitarent errores, in quos impegerant Selimus, & Solimannus) se paulatim munitas fecerunt itaque castella, in locis oportuniis: edificarunt ciuitatulas, in præcipuis ciuitatibus, instruxeruntque eas magno tormentorum bellicorum & militum numero: constet in que sis id bellum magno. Quamuis autem Persa, improvisis astutibus, mul-

tibus, multa hominum millia, in frusta dissezierit; multaque eorum millia fame incommodisq; perierint, tantum tamen terra am sit, tum suæ propriæ tum amicorum, quantum iam dictum est, & inter alia suam ciuitatem regiam Taurisium. Aestimatur que Turcam, in ditione, quam sibi bello parauit, instituisse 40. Timarorum millia, & quod ei adhuc auri Millio ex redditibus eius superfit. Persa non potest resistere Turcæ in prælijs campestribus, ei enim peditatu, tormetis, & apparatubellico & (quod sumnum est) obedientia populi conferri non potest. Solimus primus, Solimannus & Amurathes tertius, nunquam contra Persas arma mouerunt, nisi aut à rebellibus, aut ipsorum discordijs inuitati: Solimus ab Marabecho, filio Ocen, Principe in Persia potentissimo, in auxilium vocatus fuit: Solimannus auxilio venit Elcalo Tamasi fratri, cui ex ambitione, aut suspicione erat infensissimus: Turca itaq; suo cōmodo usus est benevolentia, qua Elcasus apud populū valebat, eiusq; autoritate: Amurathes non ante arma cepit, aduersus Persas, quā ex literis Vstaff Basse Vani ciuitatis, & aliorum intellexisset, omnia contentionibus flagrare apud Sultanos Persiæ, qui inter se de Rege dissidebant: quidam enim Ismaelem, alijs Aynere (qui ambo Tamasi filij erant) volebant, & Periacocona, occidit suum fratrem Ismaelem, exclusoque Aynere, consequutus est coronam Mahumetes Codabanda. Exortæ sunt postea discordiæ, inter Codabandam & filium, & inter Turcamonos (familiam inter Persas potentissimam) & Regem, quæ Persis non minus nocuerūt quam arma Turcica. Nullum negocium est Regi Persarum cum Lusitanis Ormuzij, quod ipsi nec vires maritimæ (sine quibus id regnum recuperari no posset) sint, nec Lusitanis satis virium est, vt in mediterraneis regionibus, sibi aliquid acquirere possint. Tamamus ipse, cum aliquando instigaretur, vt expeditiō nem, in Ormuzium fusciperet, rogauit, quid ea in Insula cresceret, nū frumentū, fruges, fructus, aut quid aliud bonū? cumq; intellectus fundum Insulæ sterilem, omniumq; rerum esse inopem, sed commercio valde conducere insulam, ideoque magni momenti esse, neglexit, irrisitque eos, dicens se suis populis remisisse nonaginta Tomanorum millia, talis reditus.

REX

REX IA PONIAE.

Iaponia dicitur multarum variarumq; insularū diuersæ magnitudinis corpus, quæ insulæ sicut à cetero Orbe terrarū sita distinctæ sunt; ita à populo multum ab alijs, moribus ritibusq; dissimili incoluntur. Hæ Insulæ parum à se inuicem distant, in-
 star Maldivarum in Mari. Indico, Hebridarum, & Orcadum in Oceano Septentrionali. In ijs sunt 66. regna, quæ in princi-
 pales partes tres diuiduntur, quarum pars vna nouem; altera
 quatuor; tertia 53. regna complectitur: inter ea, quinque regna Coquinai, nobiliora & illustriora sunt, in quibus est fama cele-
 bris ciuitas Meaco, acceditque plerumque, ut qui eorum quin-
 que regnorū dominium sibi parauerit, aspiret ad imperium to-
 tius Iaponiæ, quæ à Noua Hispania 150. à China 60. leucis distat.
 Pro sterili potius, quam fertili habenda est Iaponia. Capaci in-
 genio prædicti sunt incolæ, & in aduersis incredibili patientia
 præstætes puerulos recēs natos in fluminibus lauāt, &cū ablacta-
 ti sunt, remouēt eos à matrum aspectu, exercitantq; venatione.
 Nudi capite, viri & mulieres incedunt, tam cælo pluvio quā sere-
 no: gloriæ honorisq; cupidi sunt: paupertas nobilitati sanguini-
 sis nihil detrahit: minima iniuriā inultam nō sinunt: honorat
 se mutuo multis cæremonijs, graues simul, animoq; sedato sunt
 sicut Hispani: cauēt diligenter ne in factis dictisue se timidos aut
 abiectos animis monstrent: infotuniorū calamitarumq; sua-
 rum neminem consciū faciunt. Animalia tam fera quam man-
 sueta eadem, quæ nos, habent; sed vix alia, quā feratum vena-
 tione captatum carne vescuntur. Verum quidem est, quod car-
 ne nō multum delectentur, sed plurimum herbis, piscibus, hor-
 deo, oryza viuunt, suntq; hæc præcipua eorū alimēta: vinū quo-
 que ex ijs faciunt. aquam, cui puluis pretiosus valdè, admixtus
 est, in delitijs habent. hunc potū vocant Chia. Aedificia ipsorum
 ut plurimum ex ligno sunt compacta, tum quidem quod Regi-
 ones mediterraneæ plerumque lapidum inopes esse solcant;
 tum verò etiam quod arboribus, ad aedificandum maximè
 aptis, (inter quas Cedrus in admirabilemq; altitu-
 dinem

dinem crassitudinemque excrescit) abundant. & quod Iaponia terre motibus valde obnoxia sit. Principi qui nuncupabatur, paruit quondam tota Iaponia; hunc summa obedientia, reuerentiaque colebant incole quod magna cum grauitate maiestateque regeret, durauitque id plus minus 1600. annos. Sed quingentis ab hinc annis insurrexerunt in eum duo eius principi ministri, turbaruntque totum Imperium, nam eorum unusquisque, tot regnum Dominum, sibi armis arripuit, quot potuit, spoliauitque ijs Dairi. Creuit deinde ambitio, cum modo hic modo illerebellis fieret raperentque sibi, hic vnam, ali us aliam Imperij partem: cum titulo tamen lucatai (quod Regem sonat) reliquerunt ipsi Dairi nomen, quod est Domini universalis Iaponie sed sine iurisdictione, aut dominio ullo; immo vix in dapes & cultum aliquid ei pendebat: ab illis Principibus, qui Meaco vicinas ditiones habebant: ita ut umbra tantum veteris amplitudinis & Monarchie Iaponie penes eum manserit. Ab hinc quingentis annis se Dairi loco Imperatorem, aut Regem Iaponie dicit ille, qui sibi dominium Coquinai arripuit (vocat se quoque Dominum Tenzę) ubi illa quinque regna civitati Meaco vicina sunt. Talis fuit nostro aulo Nabunanga, nunc autem Fassiha, qui dominij amplitudine potentiaque, omnes suos prædecessores superat: Nabunanga, qui præ alijs excelluit, non plus quam 36. regna sibi comparauerat, sed Fassiha ut minimum 50. eorum sub iugum egit.


REGIMEN.


Iaponie regimen differt plurimum ab eo regendi modo, qui in Europa, in usum est. Potentia Principis Iaponie, non consistit in redditibus ordinatijs, aut in benevolentia populi, sed in authoritate imperioque: nam ubi primum vnam, aut plures ditiones sibi comparauit, diuidit regna, partiturque ditiones inter amicos, & sibi fidos, qui ei se suis sumptibus, tam pacis quam belli temporibus obligant cum certo hominum numero inseruire. Hi rursum eas ditiones inter sibi fidos subdividunt, ut ad eorum obsequia parati sint, aliqui dsibi suæque dominib

mus vni-

mus vīsibus reseruantes, ita vt omnes laponiæ opes, tam priua-
 tæ quam publicæ à paucis dominis, hi pauci autem ab vno, nem-
 pe Tenzæ Domino, dependeant, qui pro libidine, dat aufert-
 que, quod vult, premit, extollit, fauet, reducitque ad inopiam
 Principes, cumque eorum vni ditione eripitur, mutantur omnes
 nobiles militesque eius ditionis, manentque tantum artifices,
 & agricultoræ. Ea regiminis forma conuersiones perpetuas, muta-
 tionesque imperiorū secum trahit: nam Dairi (quamvis ei nec
 potentia, nec imperium sit, est tamen apud populū in dignita-
 te, ac reuerentia) facit vt Dominus Tenzæ alijque Principes Ty-
 ranni, alienarum rerum usurpatores, eueriores Monarchiæ,
 hostesque amplitudinis laponicæ videantur, quod sanè & eo-
 rum estimationem tollit, & animos populorum auertit: indè
 accidit vt facile se mouant, capiantque arma, sperantes se am-
 pliores facere, deprimendo socios. Cum itaque Principes quo-
 tidie mutentur, non possunt à populo, tanquam Domini natu-
 rales amari, iisque cum incerti sint de dominio, vni ditioni, quā
 alteri addictiores non sunt; sed sperantes eadem facilitate, qua
 vnam naeti sunt, se aliam meliorem nancisci posse, exponunt
 periculo hanc pro illa, sicut in lusu chartæ & aleæ fit: nunc per
 se, rursus cum alijs coniuncti, tentant diversa, detinentque ijs
 modis omnes illas insulas in perpetuis bellis. Fassiha vt sibi ab
 solutum Dominium, aut potius tyrannidem paret, solet Prin-
 cipes ex vna regione, in aliam sæpe transferre: vt Domini suis
 dominijs deturbati, degentesq; inter exterios vassallos, impo-
 tentiores sint, nec aduersus ipsum ad surgere, aut rebellare pos-
 sint: & vt id minus possint, diuidit regna ditionesque ita vt Do-
 mini non habeant ditiones vñitas. Nunquam deest illis cau-
 sa dissidiij bellorumque, quod fines ditionum angustæ sunt.
 Vult quoque Fassiha, vt in his Statuum vicissitudinibus, tam ijs
 quorum conditio potior, quam ijs quorum res deterior faciat, est
 reuerentiam homagiumque (vt dicitur) faciant, seque ipsi quo-
 tannis, quam opulentissimè sistant, qua re potissimum diuitia-
 rum Iaponiæ partem ad se trahit. Populos occupatos tenet, in
 ædificandis Palatijs admirabilibus, tēplis amplissimis, in fabri-
 candis Arcibus & ciuitatibus, quibus nullæ aliae similes sunt: in
 ijs subtractionibus plus quam centum operariorum militia, ip-
 forum

forum expensis, dinessis in locis labori incumbentium habet; Inter alia nunc templum ædificari curat, cui omne Iaponiæ ferum insumere vult: præcepit enim omnibus mercatoribus, populoque, ut arma omnia in certum locum comportent, ut illi fabricæ impendantur: exuit hoc opere populum armis facitq; paruo temporis spacio opera magnifica, habet enim duabus tā tum in partibus laboratorum, suis expensis opera facientium, plus quam centum millia. Ultra obligationem, qua Reges & Principes, tam pacis quam belli tempore, se sistere eiq; inseruire tenentur, percipit duos Millions ex redditibus Oryzæ, quæ ex possessionibus quas sibi retinuit, colligitur. Proposuit vbi confecerit ea, quæ in Iaponia facere constituit, Chinam aggredi, vt eā suo Imperio addat; ad hoc præcepit scindi ligna duobus nauigiorum millibus sufficiētia, ut ijs exercitum transmittat. Tam amplis subtractionibus, magno molimine, tanta ditionis amplitudine, adiectione que regnorum sub Imperio, sperat se immortalem reddendum futurumque ut pro Deo colatur, sicut iij omnes fecerē, qui apud Iaponenses deorū nomina adepti sunt Amida enim, Xaca, Canis & Fotoque nihil aliud quam Domini Iaponiæ fuere, qui belli gloria, aut pacis artibus sibi in Iaponia opinionem diuinitatis pararunt; sicut olim Hercules & Bacchus in Græcia; Saturnus & Janus in Italia: nec minus fabularū augarumque de his, quam de illis narratur. Fassiha autem vidēs lege Christi, non probari alium Deum, præter eum qui cælum & terram ex nihilo creavit, & ex consequenti detestari omnes deitates stultè fabricatas, proposuerat in exilium agere omnes patres Iesuitas, qui eam concionabantur, euellereque nouam vineam, quæ in illis regionibus altas radices agere incipiebat. Superbiæ profecto exemplum memorabile hoc est: Romani enim Imperatores, omnibus viribus se prædicationi S. Crucis & Euangeliij opposuerūt, ut sua Idola tuerentur & cōseruarent quæ omnia lex Dei demona vanitatemque esse docet. At hic mouet bellum fidei Christianæ, ut sibi deitatem arroget, quod extremitas est ambitionis, & amentiæ dū se pro Deo haberī vult. Sed inter tam vastas & immensas cogitationes suscitauit ei Deus nouū hostem, qui ab Orientalibus Iaponiæ partibus, se mouet aduersus ipsum, quod ex literis anni nuper elapsi intelligitur.





IMPERIVM PRESBY- TERI IOANNIS.



IMPERIVM Presbyteri Ioannis, quam
uis sit amplissimum, in effectu tamen non
respondet famæ opinionique, quam vul-
gus potiorque scriptorum pars de ipso ha-
bet. Horatius Malaguccius, in suo Discur-
su de amplitudine dominiorum huius te-
poris, vult ipsum habere dominium lati-
us, quam ullum alium Principem, excep-
to tamen Rege Catholico. Fateor equi-
dem antiquis temporibus, ipsius ditione se longe extendisse. ut
ex multitudine regnorū, quibus suos titulos amplificat, quoq;
estimari potest. Inscribit se enim Regem Goiame (quod reg-
num ultra Nilum est) Vangue, & Damur, quæ ultra Zairi flumi-
um sita sunt; cum tamen hodie pro certo sciatur, eius Imperi-
um vix Nilum attingere. Scribit quoque Iohannes Barrozius,
Abissiones eius flumii exiguum noticiam habere, propter mon-
tes qui inter illos, & hunc sunt. Centrum eius ditionis est Bar-
cenia: ab Ottuenum extendit se, à Suaquem, ad Ostia maris ru-
ibris usque quod spacio 122. Leucas comprehendit, verum
quidem est, in rra mare rubrum, & ipsum esse Aciem montium,
quod Mauri incolunt, qui & in locis maritimis dominantur.
Ad Occasum est Acies montium, secundum Nili cursum
Iquos Gentiles inhabitant, penduntque ei Tributum, Ad Sep-
tem Triones, termini ei constituendi sunt, linea imaginaria,
i qua à Suaquen ducatur, ad caput Insulae Meroe usque extenda-
turque ad 125. leucas. Inde Arcus non admodum incurvis faci-
endus est, Meridiens versus, ad regnum Adex usque, (in cuius
montibus nascitur flumen, quod Ptolemaeus Ratto vocat, po-
nitque sub Meliuda) spacio 250. leucarum, ad fines Gentilium:
hic verte lineam imaginariam facque finem in regno Adel
cuius Metropolis est Arar, in altitudine nouem graduum. Ha-
bet ita totum hoc regnum, in circuitu, plus minus 672. Leucas-

R.

Hæ regio.

Hæc regio distincta est in amplissimas planicies, lætos colles, altos montes, sed culturæ aptos, frequentèque inhabitatos, & cum frumento non abundet, hordeum & Milium & semen quoddam bonum durabileque producit. Est ibi satis Milij, Zaburri (quod nos frumentum Indiæ dicimus) omneque leguminum nostratum genus: sunt & ibi adhuc alia, sed nobis in cognita: Vua eis non deest, sed inde vintim non exprimunt, nisi in Principis & Patriarchæ ædibus. Viniloco cōficiunt potius genus, ex fructib. Tamarindi, qui acer est. Medicæ, Citriæ, Cædri abores nascuntur sua sponte. Exprimunt oleum ex cerio fructu, quem ipsi Zeua dicunt; id aurei colotis est, sed inodoratum. Apes mellificant etiam in domibus, vnde ceræ & mellis incredibilis copia ibi est. Omnes ipsorum panni sunt ex Gossypio contexti: ditiores vestiantur pellibus veruecum, honorariores autem exuuis Leonum, Tygridum, Lincium, diuites Incolæ sunt boum, caprarum, ovium, mulorum, asinorum, camelorum, equorum, quantumvis parvorum; sed ex Arabia & Aegypto eorum magna copia adducitur quando equæ pepererint, eis pullos non ultra tres dies relinquunt, deinde eos vaccis subiiciunt quæ eos ablactant. Habent etiam talia animalia, qualia nos habemus, etiam gallinas, anseres similia que, nempe vaccas, porcos sylvestres magna copia, ceruos, capreolos, lepores, sed nullos cuniculos. Præter hæc habent Pantheras, Leones, Elephantos, Lynxes. Ut finem faciam, non est alia regio generationi multiplicationique, tum plantarum, tum animalium hæc aptior: sed parum adiuuatur industria incolarum; eo quod natura ingenioque tardi sint lentique: habent enim in primis linum; sed non texunt telam: Cannas, melis; sed saccharum inde deducere non norunt: Ferrum; sed eius usum ignorant, habentque fabros pro Nigromanticis: Sunt ibi flumina & aquæ nec tamen ijs agros irrigant, nec reddunt eos fertiliores. Quid venatio & piscatio sit, vix intelligunt: itaque campi a uibus animalibusque sylvestribus, flumina & lacus piscibus scatent. Altera causa est, quod plebs à primatijs male tractetur: Pauperes itaque videntes sibi auferri quod habent, non faciunt plus fementis, quam necessitas exigit. Loquendi regulas non habent, & ad epistolam conscribendā, copia ho-

minum,

minum, multisque diebus opus esset. In comedendo non vntun-
tut Mappis, manilibus nec mensis. Medicamentorum nullū
vsum habent. Nobiles, ciues, plebei habitant distincte, possunt
que nobilitatem facto aliquo egregio acquirere. Primo geniti
ex Asse heredes sunt. In tota Abissinia non est opidum, quod
plus quam 1600. focos habeat, suntq; valde pauca eius amplitudi-
nis: Nulla ibi Arx, nec locus munitus est, æstimatq; Spartanorū
more, quod regio conseruari, defendiq; brachijs debeat, non
propugnaculis ex terra aut lapide. Ut plurimum in pagis disper-
si habitant. Mercimonia ipsorum fiunt permutatione rei vni-
us cum alia, supplentq; iustum precium frumento & sale: Piper,
Thus & Myrrham & Sal auro appendunt. Aurum pondere
quoque expenditur: Argentum ordinariè in vsu non est. Ma-
ior cœtus conuentusque est Aula Principis, quæ nunquam fixa
manet, sed modo huc, modo illuc commigrat, habitatq; Prin-
ceps in campis, sub tentorijs: Hæc Aula occupat decem & pla-
ra millaria.

REGIMEN.

Forma regiminis Presbyteri Ioannis satis refert Despoti-
cū, deprivit enim valde vassallos, ut potestes, tum pauperes
tractatq; eos potius tanquam mancipia quam subditos: Quo hoc
tatius faciat, ita se gerit ut ab eis tanquam diuinus sacerque colo-
tur. Ad nomen Principis inclinant se, tanguntque manu terrā:
Reueretur Tentorium, in quo ipse habitat, etiam ipso absente.
Solitus erat Princeps se quoquo tertio anno, vna sola vice, po-
pulo visendum præbere, postea largiores sunt facti, seque tri-
bus vicibus, quotannis spectandos dederunt, nempe diebus Na-
tivitatis, Paschatis & Sanctæ crucis, in Septembri. Panusius, qui
nunc regnat paulo mansuetior factus est. Quando aliquid eius
nomine alicui, quicumque is sit, mandatur, audit is man-
data, at cingulo lursum nudus, nec nisi Regis licentia ve-
stem resumit. Iure iurando, ad perhibendum veritati testi-
monium adacti, non solent veritatem dicere nisi iuraue-
rint per Regis vitam: Dat is aufertque magnam ditionem
cui ipsi placet, nec ei qui priuatur, facere demonstrationem,
se id regre ferre, licet. Confert ordines sacros, & admini-
strationes Sacramentorum, disponitque pro libitu, tam de-

Religiosis, quam Laicis, & ipsorum bonis. In itineribus equitat circumdatus cortinis rubris, altis longisque, quæ ipsum retro, & à lateribus cingunt. Defert secum magna cum reuerentia duodecim lapides Altaris sacros qui ipsorum sacra sunt. In capite coronam, cuius vna medietas ex Auro, altera ex Argento est, crucemque Argenteam manu gestare solet : Faciem coperit particula Taffette cerulea, quæ plus minusue attollitur diffiniturque, secundum quod ipse suum fauorem, erga eum cum quo agit, indicare vult. Aliquando summum pedem monstrat, quem extra Aulea exerit. Ad ea non nisi post longum tempus, multas cæremonias, diuersosque internuncios, qui ferunt referuntque mandata, accessus datur. Nemo præter Regem vassalos habet, cui quotannis homagium præstent, deferantque obedientiæ, quam subditi Regi debent. Originē trahit hic Rex à Salomonis, & Reginæ Sabæ filio cui Meilech nomen fuit. Receperunt Abissini fidem Christianam Candace regnante, cuius tempore, cœpit in Aethiopia regnare, florereque Gasparis, & quo post 13. generationem descendit Ioannes qui Sanctus dictus fuit. Hic circum tempora Constantini Imp. quod filios non haberet, Regnum filio natu maiori, Caij sui fratris relinquens, inuestiuit Balthasarum & Melchiore, natu minores; illum regno Fatigar, hunc regno Goiame : Fuit itaq; stirps regia, diuisa in tres familias, Gasparis, Balthasaris, & Melchioris, ordinavit que, ut Imperium esset electuum vni ex dictis tribus familijs, modo is primogenitus non esset, quia iij haberent sua regna propria. Ut autem tumultus scandalaq; vitarentur, præcipit ut fratres Imperatoris, cum popinquierib[us] parentibus includerentur in Arce montis Amaræ: Volut præterea ut ibi poncentur filij Imperatoris, qui nec in Imperium succedere, nec aliquo Statu gaudere possint.

Ob hanc causam Imperator, vt

plurimum vxorēm

non ducit

V I R E S

VIRES.

SVos agros per sua mancipia, suosque boues colit: Ea mancipia multiplicantur quotidie: Contrahunt enim inter se coniugia, filijque permanent eius conditionis cuius erant progenitores. Tributa expenduntur ab omnibus, qui dominia obtinent horum aliqui equos, alii boues, Aurum, Gossypium aliasque res dant. Aestimatur ipse magnos thesauros, tum pannorum & gemmarum, tum arui possidere, earumque rerum horrea amplissima referta habere. Ipse scribens Regi Portugallie, obtulit ei ad bellum aduersus infideles gerendum, dare, Millies centum drachmarum aurearum millia Militum quoque & comediatum infinitum numerum. Ipsum ut plurimum, quotannis in arcem Amaram, tres aureorum; Millions recondere dicitur. Verum quidem est, quod ante Regem Alexandrum, non reponabant tantum Auri, quod id purificare nescirent; sed recondebant gemmas particulasque auri rudis. Reditus eius suat trium generum: Vnos capit ex suo dominio; Alios a populo, qui certi aliquid pro foco pendunt, & decimam omnium Minerium, quae ex alijs quam suis fodinis eruuntur. Reliquos percipit a Principibus sibi subditis: Hi, vnius ciuitatis, quam ipse elegerint (modo eam non eligat quam ipsi inhabitant) Reditus ei dant. Quamuis autem reditus, facultatesque satis ample sunt, gensta tamen ipsa ignaua est: tum quod ipse eam in mancipiorum numero habeat, vnde ipsis non est illa animorum generosity, quae homines ad arma promptos, audacesque ad pericula facit: Tum quod ipsis videntur, sibi manus constrictæ respectu quod ipsum reverentur ac reverentia qua ipsum obseruant; timore quo sibi ab illo timent. arma defensioni commoda non habent, præter situ obsitam galeam Scmi Galeam & loricam, quam Lusitani eo detulere: his addi potest defectus Arciu, Cui itaque ipsis nec loca munita sint, in quæ confugiant, nec arma quibus se defendant, sunt ipsis ipsorumque pagi hostibus tanquam præda expositi. Ipsorum arma offensioni apta, sunt sagitte non pennatae, & aliqua iacula. Obseruant Ielunium so, dierū, quod

R, ipsos,

ipsos, propter magnam abstinentiam, qua se per illos sacros dies ieiunando macerant, ita extenuat afflitque, vt nec multis subsequentibus diebus, ad se mouendum vires eis suppetant. Eam occastionem captantes Mauri aggrediuntur eos, magno suo commodo. Sribit Fransciscus Aluarezi us quod Presbyter Ioannes, possit in campos educere centenariorum millia, sed visum fuit, quod ingruente necessitate, multo minores copias educere potuerit. Habet Religionem militarem, quæ sub protectione Sancti Antonij est: ei vnuſ quiq; nobilitate clarus pater familiæ, ex tribus filijs vnum, excepto primogenito, destinare debet: Ex his feliguntur 12. equitum millia, qui Regi excubent. Finis huius religionis est Imperij fines defendere, resistereque hostibus fidei.

PRINCIPES FINITIMI.

Certo nobis constat, Presbyteram conterminum esse tribus potessimis Principibus: Primus est Rex Borno; Alter Turca; Tertius Rex adcl. Rex Borno dominatur ei regioni que se extendit à Guangala, Ortum versus ad plus minus quingenta miliaria, inter deserta Seth & Barca: Situ inæqualis est, continet enim partim montes, partim planicem. Eam inhabitat populus satis civilis, degitque in casis satis frequibus; propter frugum copiam, est ibi quoque aliquis mercatorum concursus. In montibus viuunt pastores armentorum & pecorum, qui Mylio ut plurimum viuunt, deguntque vitam bestialem, absque religione, habentque uxores liberosque coimunes: Nomina propria non alia habent, quam quæ accidunt personis, ut claudi, lusci, longi, balbi dicantur. Rex Burno populo valde potens est, cui nihil aliud oneris imponit, quam decimam frumentum. Pro exercitio locoque artis manuaria, solent latrociniari, trucidare vicinos, aut eos captiuos facere, quos commutant equis, quos à mercatoribus Barbaræ consequuntur. Sub se habet multa regna & populos, parti nigros, parti albos. Infestat mirabiliter Abyssinos latrocinijs, abigit enim pecora; de preda tur fodinas, abducit in captiuitatem homines. Burnenses equites prælianturne eo modo, quo Asturconibus insidentes: Utuntur laevis, vtrin-

tēs, vtrinque ferrea cuspide armatis, tum etiam iaculis & sagit-
 tis. Inuadunt regiones, nunc hac nunc illae ab improviso, sed
 hi potius assassinij latronesque quam iusti hostes sunt dicendi.
 Turca qui Abyssinum ab Ortua tingit, & Rex Adel qui eum in-
 ter Ortum & Meridiem cingit, vexant valde Presbyterum lo-
 annem: coarctarunt enim fines eius Imperij, reduxeruntque re-
 gionem in magnam miseriam. Turce preter quam quod deprē-
 dati sunt vnam partem regionis Barnagasso, quam ingressi sunt
 Anno 1558. (quamuis tunc repulsi fuerint) eripuerunt Presbyte-
 ro, quidquid in ora maris habuit, præcipue Portus & opida Sua
 quen & Ercoco, in quibus duobus locis, montes inter Abyssini-
 am & mare rubrum existentes, aperiunt se faciuntque iter
 commeatibus & commercio, inter Abyssinos & Arabes. Non
 multis annis elapsis Bernagasso coactus fuit, Turcis mo-
 rem gere & ab ipsis pacem emere, pendendo tributum, mille
 unciarum auri quotannis. Non minus Presbyterum infestat
 Rex Adel, conterminus est hic regno Fatigar, extenditurque e-
 ius dominium ad mare rubrum usque ubi habet Assium, Salir,
 Meth, Barbora, Pidar, & Zeila. Barborę appellunt multæ naues
 ab Aden & Cambaiā, cum mercibus, quas commutant carne,
 Melle, Cera, Commeatu quæ Adenam vehuntur: Auto, Ebore
 alijsque rebus, quæ in Cambaiam mittuntur. Major commea-
 tuum quantitas ex Zeila petitur, ibi enim est Mel & cera in mag-
 na copia. Sunt ibi fruges, fructusque diversi, qui in Aden & Ara-
 biam deferuntur; pecora quoque speciatim verueces, quorum
 cauda 25. & amplius pondo est, capite colloque prorsus nigri ce-
 tera albi. Sunt & alij prorsus albi cum cauda brachij lon-
 gitudine vitisque instar recurvæ, habentque palearia sicut
 tauri. Sunt hic vaccæ, quarum cornua, ramis, tanquam syl-
 lestrum cervorum distincta sunt: Aliæ rubra sunt, habent-
 que in fronte cornu palmæ & semis longitudinis, quod re-
 trorsum obuersum est. Metropolis ciuitas huius regni est
 Arar, 38. leucis Zeila distans Meridiem orientalem versus. Hic
 Rex, qui etiam religione Mahumetanæ est addictus, quod pro-
 fessus sit, se semper bellum gerere velle cum Christianis A-
 bissiniaz, id est subditis Presbyteri Ioannis, sibi sancti cogno-
 men in-
 sudavit

mēn inter illos bābaros parauit Exspectat ille donec Abissini, longo duroque illo so. dierum ieunio debiles facti sint, vires que eorum adeo consumptæ, vt vix ad res domesticas peragendas, eis vires sufficient, ingreditur tunc eorum regionem, diripit pagos, abducitq; in seruitutem populum, infertq; Abissiniæ mille damna. Mancipia Abissiniæ miros s̄pē habet extra patriā progressus habēturq; à Principibus in precio; ipsorūq; multi, industria sua, in seruiendo, facti sunt ex mācipijs domini in Arabia, Cābaia Bengala, & Samatra. Cū enim Principes Māhumetani Orientis, tyranni sint regnorū, quæ Gentilibus eripuerunt, vt ea sibi secura reddant, non fidunt subditis, sed instruunt armis multa mancipia externa, quibus suas personas fidunt, comituntque ipsis reginem regni. Inter mancipia, potiores estimantur Abissini, tum propter eorum magnam fidelitatem, tum propter bonā indolem. Rex Adel implet Aegyptum & Arabiam multitudine captiuorum, quos exditionibus Presbyteri Ioannis abducit, permuatque eos cum Turca & Principibus Arabiæ, armis, apparatu, bellico & militibus. Anno Christi supra millesimum quingentesimum Claudio Abissiniæ Rex, se viribus Gradamedi Regi Adelæ Imparem agnoscentes (ipsum enim per 14. annos perpetuis excursionibus vexarat) relictis regni pomerijs in interiora se recepit, petijsque auxilium à Regis Lusitanie Ioannis tertij in Irdia legato Stephano gama, qui tunc cum parata classe, in mari rubro erat. Is ei dedidit quādringentos viros Lusitanos, cum bona armorum quantitate & Scopetis, ductore Christophoro suo fratre: Horum auxilio, & Scopetorum beneficio, vicit hostes duobus prælijs: Sed eum, Rex Adel à Gubernatore ciuitatis Zebit, habuisset mille Scopetarios, decem tormenta bellica, tertio prælio fusi & in fugam acti sunt Lusitani, eorumque Capitaneus captus occisusque est. Cum autem Rex Turcas amandasset, Rex Claudio ipsum ex improuiso, ad fluvium Zeila, & ad montem Sanan' aggreditus est cum octo peditum millibus, quingentis equitibus Abissinis, & cum illis Lusitanis, qui ex superiori clade supererant, quorum unus, inflixit lethale vulnus Grada Amedi. Sed mense Martio, anni 1559, cum Rex Claudio, iterum manus conficeret cum Mauris Malacai, ipse in prælio occubuit: Rex triumphum

autem hostium tam victoriam à Deo concessam agnoscens, triumphum egit insidens Asinello. Regi Claudio successit Adamas eius frater, cui quod semi Mahumetanus esset, rebellavit bona pars nobilitatis Abissiniæ, fususque fuit à Barnagasso Anno 1502. Cum itaque res Aethiopiæ aliquo tempore fluctuant; aliquantulum restitutæ videntur regnante Alexander, Lusitanorum auxilio, qui eo tam arma offensiva quam defensiva tulerunt, excitaruntque suo exemplo in prælijs animos ingeniaque Abyssinorum, Omnes qui cladi Christophori gamæ superfuere aliquique qui postea eò venerunt, veniuntque adhuc remanent ibi, contrahunt matrimonia generantque liberos. Rex Alexander imperauit eis ut ladicem eligerent, qui inter ipsos iudicaret. tradiderunt itaque ibi, pergitque tradere versus armorum qui est in Europa, artem bellandi, modum fortificandi Transitus, locaque maximi momenti. Postea in eas regiones se contulerunt aliqui Florentini, partim ex curiositate, partim mercaturæ gratia: Franciscus enim Mediceus Magnus dux Hetruriæ, habebat aliquam consuetudinem cum Abyssinis. Presbyter solet fauore prosequi, & vita subsidia largiri Francis (ita vocant Europæ populos) difficulterque concedit eis facultatem exeundi regno: Ultra hos, alios diuersos hostes quoq; habet Presbyter Ioannes: Inter eos est Rex Dancali, cuius est oppidum & Portus Vela ad Mare rubrum; conterminus est Balgadæ. Presbyterum quoque valde exigitant Mauri quæ provinciam Dobas inhabitant, ea in 14. Dynastias diuisa est. Quamvis hi inter confinia Imperij Presbyteri Ioannis sint, sunt ipsitamen persæperbelles: Pro lege habent, quod nemo ipsorum matrimonium contrahere possit, si non probet, se duodecim Christianos occidisse.

MONOMOTAPA.

IN reliquo Aethiopiæ, regnū obtinent diuersi magni Principes, quales sunt Reges Adel, Monomugi, Monomotapa, Angola, & Congo, quorum nos exiguum noritiam habemus: Sed ut ex vnius eorū Statu, de alterius qualitate iudicium fieri possit, pauca verba adiungemus, de Statu & regime Monomotapæ qui alijs maior potentiorque est. Huius Principis imperium omnem illam insulam occupat, quæ fluminibus Cuama & Spiritus sancti continetur (id spaciū 750. Leucarum in ambitu est) cumque Spiritus sancti transmissum est, longissimo tractu, Caput bonæ speci versus extenditur: regionum enim illarum Principes illum quoq; in supremum Dominum ac Principē agnoscent. Oppida, pagique ibi rati sunt, ædificia ex ligno & stramine constant. Ciuitatum præcipuarum vna Zimbas, altera Benamataxa nuncupatur, illa 15. hæc 21. milliaribus Cefala, occasum versus distat. Regio frumento, pecudibus magnis paruisque abundat, quæ immenso numero, in campis & sylvis paucentes vagantur. Ex dentium Elephantorum numero, qui extra regionem vehuntur, eorum ad 4. aut 5. millia, ibi quotannis mori æstimatur: Elephantes ibi prægrandes sunt. Non alia regio auri feracior hac est, affirmant enim aliqui hic tria fodinarum (vnde aurum eruitur) millia esse: aurum quoque in terra, in petris, & in fluminibus reperitur: ditiores fodinæ sunt Mannicæ, Boro, Quiticui, Toroc (quam alijs dicunt Butua). Populus statutæ mediocris, niger, beneque compositus est. Principi inseruientes, genubus insident, coram ipso sedere, idē quod apud nos stare est, nec nisi magnatibus conceditur. Fides, probatioque ciborum potusque, non ante, sed postquam Princeps ederit biberitque fit. Carceres hic nulli sunt, quod Ius, eo momento, quo delictum comissum est, ex testimonij, dicatur. Delicta quæ maiori seueritate puniuntur sunt veneficia, furta & adulteria. Aliud tributum Principi non penditur, quam aliquot dierum operæ, &

operæ & Donaria, sine quib. nemo corā ipso venire potest. Arma eius ligo & duo spicula; pro fidissima custodia habet ducentos canes. Principū ipsum; qui patronū agnoscūt, h̄eredes apud se retinet, vt de parentibus securus sit. Tempore præterito hic Princeps, opera patris Consalui syluæ Iesuitæ ad fidem conuersus fuit, suscepitque Baptismum, simul cum maximo suorum Aulicorum numero, postea à quibusdam Mauris (qui authoritate apud ipsum valebant) persuasus, illum trucidari fecit. Id ob facinus Rex Lusitanæ Sebastianus, bellum ei intulit, duxitque eius exercitum (qui fere ex nobilibus constabat, numero, que erant 1600.) Franciscus Barretius cui Monomotapa Lusitanorum arma perimescens boas condiciones obtulit, sed cum Barretius honesto & quoque satisficeri sibi non pateretur, non ab hoste, sed ab aëre Aethiopæ & morbis, qui exercitum depasti sunt, vixtus fuit.

SERIE.

SERIFFVS.

Inferomnes Africæ Principes, non credo aliquem, opum & virium magnitudine, Seriffo præferri posse: eius enim ditio continet omnem illam Mauritaniæ partem, quam Römani Tingitanam appellant, extenditurque à Promontorio Boia dor Tanger usque, & ab Oceano Atlantico, ad flumen Multuia & Ultra, quo spacio comprehendit totius Africæ præstantissima portio, qua & Incolis magis frequens, & amoenitate, & fertilitate, & morum ciuitate reliquas superat: & inter alias ditiones, fama celeberrima sunt regna Marochi, & Fessæ, quarum illud in septentrionali Provincia dividitur, nempe Cuzulam Saharam (duæ hæ Provinciae comprehendunt partem Numidiæ) Cus, Ascaram, Duccalam, Tedle, Marochum: Hoc autem continet octo, nimirum Temeſinam, Asgam, Eriffe, Elabal, Carter, Caus, Zanegam, Fessam. Hæc regna distinguuntur in planiciem & montes; comprehendunt enim bonam Atlantis majoris & minoris partem, inhabitantur à magno feroce que populo, diuiteque pascuorum & pecudum: inter Athlantem maiorem, & Oceanum planicies est in qua ciuitas Regalis Marochum in campis Athlante 14. miliaribus distantibus iacet, qui pluribus fortibus, riulis & fluminibus illuc influentibus irrigantur. Olim cum hæc ciuitas centum fotorum millia instrueret, erat caput Africæ, sed paulatim decreuit, estque desertior quam habitatior. Sunt in regno Marochi, præter alias Tedsi quinque millium familiarum: Tagaoſt octo millium: Tarodante (quamuis multis alijs minor sit, non cedit eis nobilitate & commercio) sita est, inter Athlantem & Oceanum, in Valle, 16. leucas, parumque minus lata, sacchari & omnis annonæ generis fertili: Multum ei splendoris & nobilitatis attulit diuturna mora quam in ea traxit, & æstimatio, in qua apud Mahumetum Seriffum fuit, Relicto Athlante intratur in planicies fertilissimas colliculis in quibus quam diues sit copia frugum, nem pe sacchari, oliuarum, pecudum, vinearum, omniumque bonorum, dici non possit. Regnum Fessæ quoque (sicut diximus) continet

continet diuersas prouincias, optime inhabitatas. Inter eas Asga, habet 80. miliaria in longitudine, 60. in latitudine: Elabat, centum in longitudine, sexaginta latitudine. Verum quidē est quod Eriffe prouincia prorsus montuosa sit, numeranturque in ea 23. Athlantis rami, qui à populis ut plurimum indomitisi incoluntur. Caret est aspera & sicca adeoq; Libyę, quam Barbariae similior. Sed quod amplitudo huius regni, & valor, magna ex parte consistit in cinitate Fessana, extra institutum non erit, de ea pauca verba facere. In partes duas diuisa est hæc ciuitas, quæ à se inuicem parum distant, earum vna Fessa vetus, altera Fessa noua appellatur: vetus Fessa quoq; flumio in duo corpora dividitur: Orientale dicitur Beleida, habet autem quatuor familiarium millia. Occidentale ditur proprie Fessa vetus facit 80. & amplius familiarium millia, nou longe distat à Fessa noua, quæ 3. Domuū millia habet. Fessa vetus est fere tota in callibus & in vallibus: cōtinet, o Täpla Mahumerana insignis magnitudinis, omnia fontes habent & columnas ex Alabastrite & laspide, ultra ea numerantur sexcenta minora. Inter quæ Täpla illud, cui vulgo nomen est Carucen, admirabile est, sitū in mediterraneo ciuitatis: eius ambitus est dimidij miliaris: diuisum est in 17. Fornices in latitudine, 120. in longitudine, quos 2500. columnę ex albo marmore sustinent. In præcipuo maioreq; fornice (vbi Tribunal est) visitur lāpas immensa, quā circū cingunt centum minores. Alij Fornices habent Lampades valde magnas, in quarum qualibet 1500. lumina præludent. Fessæ fama est, omnes illas lampades factas esse, ex cāpanis, quas Arabes in Hispania ceperunt, qui non solum in prædam abstulerūt campanas, sed & columnas, & marmora, tuū quidquid preciosi & mundi, in eam detulerant Romani primum, & deinde Cothi. Fessæ numerantur plus quā ducentæ gramatices scholæ: ducēta diuersoria publica, 400. Mole aquatice in flumine, quarum singulae quatuor aut quinque rotis agitantur. Sunt in ea quoque diuersa collegia, inter quæ id quod Madaraccia nomen habet, pro pulcherrima fabrica totius Barbariæ habetur: Sunt ibi sexcenti fontes, muris cincti, ex quibus, aqua in omnes fere Domus dispergitur. Longum esset describere Alcaceriam (quam appellant)

appellant). locus is est mutis cinctus, cuius portæ sunt duodecim, diuiditurq; in 15. vicos, vbi mercatores sua negoçia, sub terris peragunt. Vix dici potest quantæ sint hortorum deliciae, & quanta Viridariorum amœnitas: viridaria à fontium & fluminum aqua refrigerantur. Rex habitat complurimum Fessæ in qua Arcem, Palacia & Hortos habet, & quidquid venusti commodiq; optari queat. ex hac noua Fessa, per viam subterraneam, itur ad Fessani veterem. Ut breuiter dicam, hæc ciuitas adeo & magna atque magnifica est, vt ei Reges defuncti rarum priuilegium concederint, nimirum, vt ciues non teneantur ob sidionem ferre, nisi Rex tam potens sit, vt iusto exercitu se hosti valeat opponere, & si hostis ad semi miliare vrbi appropinquasset vt ei se dedere possint absque dedecore proditioñis, aut perfidiæ nota: quod hanc ob cauam fecit, ne vrbs prætextu vanæ fidelitatis exitium subiret. Ciuitas quoque magni momenti esse prohibetur, sita in planicie, non minus frumento, oleo, lino, pecore fertili, quam iucunda propter amœnitatem locorum, aquarumque copiam: habet octo familiarum millia, muræ validi sunt, & multis turribus muniti. Incolæ industrij, merinonijs dediti, præcipue pannorum è Lana, seryco, gossypio, qui ibi texuntur. Primogenitus Regis Fessæ, se Principem Mequinez inscribere solitus erat. Hæc regna ultra fertilitatem naturalem, sic satis dedita sunt mercaturæ. Etsi autem Rex Fessæ ad mare Mediterraneum Portus oportunos non habet, attamen Franci & Angli, ad Portus ad Oceanus commeniant præcipue Laracen, Caput Aguero, ceterosque, quorum pars est regni Fessæ, pars Marochi. Ferunt eo, arma, & alias Europæ merces, pro quibus ipsi, inter alias Saccharum recipiunt. Cum vero regna Marochi & Fessæ, aliaeque Prouinciarum Principatusque, qui inter se diuisi fuere, paruo ab hinc tempore, sub uno Principe coaluerint, qui Seriffus dicitur, non erit abs te, referre quomodo hoc acciderit; nihil enim aliud magis relatu dignum, vel potius admirandum nostro sæculo accidisse puto. Circa annum Christi 1508. in regione Numidiæ inclaruit Alfaique quidam, natus Tigumedeti (qui locus in Prouincia Dara est) vir ingenio callido; nec minus ambitiosus, quam doctus in scientijs, quibus operam dant Mahumetani, ei nomè fuit Mahumetes

hum̄et̄es Benamettus, qui se etiam Seriffum nominari iubebat. Hic iactans se sanguine Mahumeti sortū, & cōfisus tumultibus Africę, ac eius Statuum Kerum publicarum quę distractionibus (in Africa enim multum poterant Lusitani) coepit cogitare de- inuadendo Mauritaniae Tingitanae Imperio. Quod ut efficere posset, misit primum tres suos filios Abdelem, Abnetem, Ma- humetem peregrinatum Mecam & Medinam, ut inuiserent at que colerent Mahumeris sui seductoris sepulchrum. Fecerunt adoscentes hanc peregrinationē, tanta & reuerentia & existi- matione sanctitatis & religionis (si conuenit vti his nominini- bus in tali impietate & ineptia) vti in ipsorum redditu, ipsis obui- am irent incolae ipsorum vestes deoscularentur, & reuereren- tur tanquam sanctos. Ipsi vero singentes se raptos in altā con- templationē, ibant per illas regiones suspirantes clamabant- que voce alta (quam suspiria & gemitus interrumpebant) Ala, Ala : nec aliunde, quam ex eleemosyna viuebant. Cum patere- os magno cum gaudio voluptateq; domum recepisset, nec ap- plausum & estimationē, quā sibi illa peregrinatione concilia- rant euanescere, nec irritā fieri vellet, misit duos ipsorum, nēpe Abnetem & Mahumetem, Fessam, vbi cum eos Rex humani- ter & benigne exceperat, vnu corum factus est Professor Amo- doraciz, fama celeberrimi collegij illius vrbis, junior autem factus est, pædagogus filiorum Regis. Cumque se Regi gratos viderent, & populi in se benevolentiam perspicerent, ex pa- tri consilio (occasionem capientes ex damnis, quæ Arabes & Mauri sub insignibus Lusitanorum militantes, faciebant, illis qui erant suæ heresis) petierunt à Rege facultatem explicandi vexillum aduersus Christianos, spem ei facientes, se facile ad se pertracturos Mauros, qui Lusitanis adh̄erebant, eaque via, securas reddi posse Provincias Sus, Heam, Ducalam, Maroc- hum aliasque à Lusitanis vexatas. Huic petitioni contradix- it Muleius Nazer, Regis frater: Si enim hi , dicebat, sub sancti- moniæ & defensionis legis prætextu, facient aliquem progres- sum in armis, non erit postea in tua potestate eos deprimere, frānoque contineare: Arma enim homines audaces, victoriæ insolentes, fauor populi ambitiosos rerumque nouarum cupi- dos facit. Rex autē, apud quē in magna opinione sanctimonīæ erant, par-

erant, parui faciens consilium siuerationes, quas frater allegaverat, illis vexillum & tympanum dedit & quod amplius est, 10. equites, qui eos comitarentur diploma quoque ad Arabes, Principes, & Barbariae ciuitates. His initis multisq; ad eorum famam concurrentibus, excurrunt in Deucalam, Comitatum Safini, ad Agueri Promontorium usque; quæ loca tunc Lusitanis parebant. His quas diximus rebus, se gratiosos, fortes ac munitos sentientes, petiverunt à populis, qui tunc ut plurimum in libertate degebant, ijsque, quibus placebat, fauebant, ut ipsis, qui pro lege Mahumetana aduersus Christianos pugnabant, auxiliarentur, clargirenturq; decimas Deo debitas, quas (decimas) à populis prouinciae Daræ facile impetrarunt. Sibi itaque paulatim dominium Tarudante (vbi eorum pater Gubernator factus fuit) Sus, His, Deucala, locorumque vicinorum occuparunt. Sedem primum fixerunt in Tedueste, postea in Tesarote, Superarunt deinde Prælio Lopezium Barrigam, fama celebre, rei militaris Lusitanorum Ducem, sed amiserunt fratrem natu maiorem. Postmodum cum blandis verbis, ingressi essent ciuitatem Marochum, veneno eius Regem sustulerunt, quo necato, eius loco se Regem Marochi proclamari fecit Ametes Scirrus. Cum hæc fierent, prælio decertabant Arabes Ducalæ & Xarquiæ, cum Arabibus Garbiæ, pollicebatur que sibi vtraque pars fanorem Serifforum, qui contentionem crescere vidètes & illorum multos cadere, arma sua in ambos verterunt spoliaque ampla retulerunt. Misérant haec tenus Seriffi, quintam rerū potitarū partē Regi Fessa, sed post hæc victoriā ipsum contēnentes, miserunt tantum sex Equos & sex Camelos valde macilenteros, quod ille moleste Férens, misit ab illis peritum, quintam spoliorum partem & Tributum, quod ei Rex Marochi penderit solitus erat, si non facerent, se eos bello persequuturum ministrans. Cum interea Rex infata cōcessisset, Ametes eius filius, qui minoris Seriffi discipulus fuerat, non solum acquieuit, sed & cōfirmanit Ametem in dominium Marochi, modo aliqua re, Reges Fessa in dominos agnosceret. Sed Seriffi, (quorum potentia & existimatio quotidie crescebat) cum tempus pendendi Tributum venisset, iussérunt nunciari, Regi se legitimis successores

cessores Mahumetis esse, ideoque senemine Tributum debere: se plusiuris, quam illum in Africam habere, si ipse illos pro amicis vellet, bono ei hoc fore; si autem ipsos, à bello aduersus Christianos auertebat, non sibi animum, ad se tuendum defore. Hoc ęgre ferens Rex indixit eis bellum obseditque Marochum, sed coactus fuit ab obsidione discedere, deinde autem rediens cum 18. equitum millibus (inter quos erant duo Scopetariorum millia) vt obsidionem instauraret, in itinere, cum flu men transmittenret, victus fuit à Seriffis, quibus septem tantum equitum millia, & ducenti supra mille Scopetarij erant. Elati ea victoria exegerunt Tributa illius regionis, superantesque Atlantem, ceperunt Tafiletem ciuitatem preclaram, & partim benevolentia, partim vi, sibi obedire coegerunt diuersos Numinidæ & Montium populos. Anno 1536. minor Seriffus qui se Regem Sus dicebat, collectio potenti exercitu, & magno tormentorum bellicorum numero, quorum partem Regi Fessæ eripuerat, partem Franci Apostatae fuderant, expeditionē, Promontorij, Aguero suscepit. Is locus erat magni momenti, possidebatur à Lusitanis, qui eum exstruxerant, munitusque fuit, primum expensis Lopezij sequieræ, deinde Regis Emanuelis, post quam eius oportunitatem cognouisset. Pugnatum fuit utrinq; ferociter, sed cum tandem ignis munitionem pulueris pyrij corripiisset, idque milites, qui illum locum defendebant per terrefecisset, ingressus est locum Seriffus, cepit eum, fecitque captiuos maximam præsidiatorum partem. Qua victoria potiti Seriffi, subiecirunt sibi, fere totum Athlantem, regnum Marochinum, & Arabes, qui coronæ Lusitaniae parebant. Rex Ioannes Lusitanie tertius, videns expensas acceptum excedere, reliquit sua sponte Safin, Azamorum, Arzillam, Alcazarum, loca quę in ora Mauritaniae possidebat. Hi felices progressus maximas dissentiones, & discordias inter fratres procurarunt, quarum exitus fuit, vt cum minor duobus prælijs, maiorem vicisset, (secundum prælium factum fuit anno 1544) ceperissetque, eum in Tafiletem relegarit: Vt et deinde armis Regē Fessæ, cumque eū captiuū factū libertati restituisset, iterū (quod promissis non stetisset) captum, cum filio, eos tota ditio ne & vita priuauit, cepitque opera filiorum ciuitatem Tremam.

senam. Collegit interim validum exercitum Sal Aries, Prorex Algieræ, timens tantum successum Seriffi, recepitque primum Tremisenam, profligatoque Seriffo cepit Fessam, deditque eius dominium Buassoni Dynastæ Velez, sed cum hic manus eum Seriffo conseruisset, vitam & regnum amisit. Tandem dū Mahumetes Tarudantem proficeretur, in itinere trucidatus est in suo tētōrio à Turcis, quos Algieræ prorex subornarat: eorum dux erat Assen, qui cum socijs Tarudantem profectus, diripiuit Regis thesauros, sed domum reuerti volens, à populis neci datus est cum socijs, exceptis eorum quinque: accidit hoc anno 1557. Rex deinde proclamatus, salutatusque Muleius Abdala, Seriffi filius. Hæc dixisse sufficiat, de origine Seriffi, cuius progressus similes videntur illis, quos habuit Ismael Rex Persiæ. Ambo paruo tempore subegere regiones: Ambo creuerunt ini na Principum vicinorum: Ambo magna incommoda passi sunt à Turcis, perdideruntque suarum ditionum partem: Selimus enim eripuit Ismaeli Caramit diuersaque alias Mesopotamia & ciuitates: Vicerex Algieræ pepulit Seriffum Tremisenam & eius vicinia: Et sicut Selimus occupauit Taurisum caput Persiæ, idq; dereliquit, ita & Sal Aries cepit Fessam caput Ma- ziranæ & dereliquit eam.

CENSVS.

SErissus habet dominium in omnes facultates vassallorum, Setiam in ipsos vassallos: quamuis enim eos oneret impositionibus tributisque grauissimis, contra tam en mutire non au dent. Percipit, à suis vassallis, Tributarijs decimam, & primitias fructuum pecudumque. Verum quidem est, quod ad primicias spectat, non plus vno ex viginti percipit, quod autem 20. excedit, quantumuis ad centum & eo plus primitiae ascende rent, nunquam ultra duo capit. Ex singulis terræ iugeribus accipit Ducatum, & quintam eius partē, tantumq; ab vno quoq; foco: Adhuc totidem ab unaquaq; persona, quæ 15. annum excesserit, masculo aut fæmina: Si opus est, maiorem summā capit: Vs autem

autem populi libentius quod exigitur soluant, semper dimidi-
um plus quam persoluendum est, imperat, itaq; ipsis videtur, sibi
remitti ea pars, quam non cogit dissolui. Sunt tamen quidā qui
montes inhabitant, populi indomiti & immanes, qui propter
difficilem adeos accessum, cogi non possunt, ut Tributa pen-
dant: Decimam tantum messium persoluunt, quo in planicie
versari possint. Ultra hos Reditus habet Rex Telonia & vesti-
galias ciuitatum, in quarum introitu pendunt res vestigal, nem
pe cuius Fessanus duo excentenario, extraneus decem. Sunt quo
que Reditus molarum, quæ magnam pecuniarum summam
conficiunt. Quod enim ad reditus molarum attinet, pro asini
onere frumenti (quod Fessæ molitur) percipit semi Regalem.
Sunt Fessæ ut diximus plus quam 400. molæ. Templum, Car-
rauen appellatum, habebat plus quam 80. aureorum millia an-
nui Reditus. Multa quoque millia habebant Collegia & xeno-
dochia Fessæ, ea omnia nunc percipit Rex. Quin etiam hæres
est Rex omnium iudicum quos Alcaides appellant, & omni-
um suorum Officiorum, cumque moriuntur, capit possessio
nem equorum, Armorum, vestium, omniumq; bonorum. At-
tamen si mortuus, post se filios bello aptos reliquit, eis pater-
nam pensionem indulget: Si vero alij sunt impuberes, eos alit
donec ad maturam ætatem peruererint, filias autem alit, do-
nec maritis copuletur. Ut manus iniucere possit bonis diuitium,
dat eis aliquam gubernationem, aut munus cum pensione. Ne
vero eius Fisco bona cadant, occultat ipsi suas opes, nitunturq;
ut longe ab Aula Regisque aspectu absint, ob quam causam ci-
uitati Fessanæ multum de antiquo spendorē decessit.

POTENTIA.

Seriffus Arces aut munitiones valde munitas non habet,
solum in Maris ora Caput Aguero, Labace & Tetuanum
possidet: Præcipuas enim vires (sicut Turca & Persæ faciunt) in
militibus, præcipue in equitatu, statuit. Eam ob causam se tor-
mentis bellicis non sollicite instruit, habet tamen eorum mag-
num numerū Fessæ, Marochi, & Tarudante: in Portubus supra
dictis quoque tormenta quæ sui antecessores, Lusitanis & alijs

cripuerūt: Aliā quoq; cum opus est fundi curat, nec defūntei eius Artificij magistri ex Europa. In Marocco ei est Armamētarium, quo loco quolibet mense, vt minus 46. quintales, vt appellant pulueris pirij fiunt, conficiuntur etiam tormenta manuaria & Balistæ. Anno Christi 1569. inuasit ignis tanto impetu domos, in quibus puluis pyrius cōficiebatur, vt ciuitatis magna pars diruta fucrit. Quod ad militiam Seriffi spectat, eius plura sunt genera: Primum est. 2700. Equitum, & bis mille Pyrobo-liariorum, quorum partem Fessæ, sed maiorem Marochi, vbi ipse habitat, pro præsidio habet. Secundum est vnius Aciei Regalis, sex millium Equitum, qui omnes nobilitate clari, & magnæ estimationis sunt: Utuntur hi equis generosis, phaleris egregijs ornatis, suntque ipsorum arma, tum propter colorum varietatem venustissima, tum propter ornamētorum diuitias præter modum spectabilia: Splēdent omnia Auro, Argento, Margaritis, Gēmis, ceterisq; rebus: quæ autoculos delectare, aut curiositatem spectantium pascere valent. His militibus, præter pēsionē frumenti, Auenæ, butyri, carnis, pro se, vxoribus, filiis & famulis, numerantur in pecunia, à 70. ad centum vnciæ Argenti. Tertiū militū genus est Timariottorū (vt vulgo nominat): Seriffus enī suis filijs, fratribus, cæterisq; personis, alicuius estimationis & authoritatis, apud populos Africæ, aut Principes Arabū, possessionē agrorū clientumq; pro sustentaculo ipsorū concedit. Illi, qui vulgo Alcaidi nuncupātur, curant coli agros, colligunt que Reditus frumenti, Oryzæ, Auenæ, Olei, Butyri, Veruecum, Gallinarum, pecuniarum, distribuuntque ea menstruè inter milites, pro cuiusque gradu militiæ: Dant eis quoque pannum, telam, scrycum ad vestitum, arma quoque, & equos quibus bello vtrantur: Si equi occidantur aut moriantur, dant eis alios. quæ res Romæ in vīsu fuit, cum ijs, qui equis publicis militabant. Horum militum Præfecti sollicitate curant, vt sui milites sint in optimo procinctu, armis vestibusque recte probeque instructi. Præter hæc recipiunt hi milites à 24. ad 30. vncias Argenti annuè. Quartū genus militū conficiunt Arabes qui cōtinuo viuūt in suis Auaris (ita vocat sua castra quorū quælibet iacentum, ad 120. tentoria compartita sunt sub diuersis Præfectis, quos Alcai di nuncupant, vt cum opus est parati sint. Hi equis merent, sed latronibus

latronibus, quam militibus similiores sunt. Quintum militiae genus militaribus deleſtibus Principum Christianorum simile est. ijs ad scripti sunt habitatores ciuitatum, pagorum Regni, & montium: Verum quidem est, Reges illos magni non facere nec libenter eos armare, propter seditionum motuum ue-
tum, nisi bella aduersus Christianos gerantur; quiā tunc prohibere non possunt: Cum enim lege Mahometica cautū sit, Mau-
ros à Christianis occisos, & eos qui Christianos occiderunt, re-
stā cælum petere, confluunt certatim viri fœminæque, spe quæ
rendæ salutis excitati, curruntque in bella, vt ibi moriantur, ce-
lumque sibi parent, secundum stultam eorum opinionem. O
Inuentum diabolicum. Non minor quoque feruor est, nostro
dedecore in Turcis, maximè propter defensionē suæ hæresis.
videtur illi sibi ad festa nuptiarū, non ad bella proficisci, vix-
que possunt expectare diem procinctus. Sanctos habent eos,
qui arma manutenētes in bello cadunt; infelices vero, nihil-
que homines existimant, qui domi inter planctus puerorum,
& v lulatus mulierum, diem obeunt. Quibus è rebus satis aper-
tè colligitur, quantum Seriffus hominum numerum ad bella
educere possit. Sed exemplo id clarius ostendi potest. Muleius
Abdala obsedit Mazaganum cum ducentis virorum millibus.
Expluit fossam monte è terra con gesto murumq; tormentis
bellicis solo adæquauit. Sed Lusitanorum virtus eum ab eo co-
natū desistere coegit, accepto magno damno ex cuniculis. Ve-
rum tamen constat eum Principem bellum ultra trimestre cō-
tinuare non posse: Nam cum miles dietim ex eius commeatu
vitam degat, ex eius commeatu non solum cibum, sed & vesti-
tum præbet; cōmeatus autem difficulter, quò exigit exercitus
necessitas vchi possit, fit vt præ penuria commeatus breui do-
mum reuertantur. Certum quoque est, eum diu belligerari nō
posse, cui desit belli neruus, pecunia. Moluccus R̄ex Fessæ, qui
fregit Sebastianum Lusitaniam Regem, habuit sub signis 40. E-
quitum & s. Peditum stipendiariorum millia, præter Arabes,
aliosq; gregariorum milites, existimaturq; ipse 70. Equitum mil-
lia, multum quoque plus Peditum conscribere potuisse.

1. In the first place, we must consider the meaning of the word *spirit*. It is the common name for the animal spirits, or the vital force, which animates all living creatures. It is also used in a more general sense, to denote the rational soul, or the immortal spirit, which abides in man after his death. It is also used in a still more general sense, to denote the divine spirit, or the Holy Ghost, who dwells in the hearts of the faithful. The word *spirit* is derived from the Latin word *spiritus*, which means "breath" or "wind". It is also derived from the Greek word *pneuma*, which means "air" or "wind". The word *spirit* is also used in a metaphorical sense, to denote the divine influence or power, which operates through the instrumentality of the Holy Ghost, in the conversion and regeneration of sinners. This is the sense in which the word is used in the New Testament. The word *spirit* is also used in a figurative sense, to denote the divine life and power, which is manifested in the works of God, and in the operations of his grace. This is the sense in which the word is used in the Old Testament. The word *spirit* is also used in a technical sense, to denote the spiritual gifts and graces, which are bestowed upon Christians by the Holy Ghost. This is the sense in which the word is used in the Epistles of Paul.

